




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Panicvs Tvmvlts, Rebus In Belgio Pacatis, Ac Mire
tranquillis, quorundam improbitare iniectus**

Bacherius, Petrus


Antverpiae, 1568


[urn:nbn:de:hbz:466:1-69107](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69107)



X
VII 34.

Ph. 5874.





PANICVS
TVMVLTVS,
REBVS IN BELGIO
PACATIS, AC MIRE
tranquillis, quorundam im-
probitate iniectus:

*Auctore F. Petro Bacherio Gandensi,
Sacrae Theologiae Licentiat.*



ANTVERPIAE.
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXXVIII.

PANICVS
TVMVLTVS
REPVBLICAE BELGICAE
CIVITATIS BRABANTICAE
SVMMA PRIVILEGII.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIAE MAiestatis privilegio cautum est, ne quis citra Christophori Plantini Typographi iurati Antuerpiensis voluntate, hunc librum, cui titulus est, Panicus tumultus, &c. Auctore F. Petro Bacherio, imprimat, aut alibi impressum importet venalemve habeat, intra omnes eius ditionis fines. Qui secus faxit, confiscationis librorum, & poena fisco regio exsoluenda multabitur, ut latius patet in ipso diplomate, dato Bruxella, Anno Domini 1568. 15. Marty. stylo Brabantie.

Signat.

I. de Witte.

ANTWERPIAE
EX OFFICINA CHRISTOPHORI PLANTINI
M. D. LXXVIII.

PRÆCLARISSIMIS,
PRVDENTISSIMISQVE
VIRIS ADRIANO BLYENBVRCHIO
PRAETORI, ARNOLDO CORNELIO
vāder Mylen, Balduino Guilhelmo vā Drync-
waert, Consulibus, totique Senatus ordini in-
clytæ Reipub. Dordracensis, Petrus Bacherius
S. D.



DE CIVILI INTESTINA-
que discordia, quæ anno superio-
re totum hoc nostrum Belgium
concussit, variæ opiniones, variæ
fuerunt sententiæ. Alius in astro-
rum, ac cælestium ignium vim oc-
cultam, alius in dynastarum ac procerum inter se
(quæ hoc tempore summa fuit & incredibilis) cõ-
tentionem, non nemo in sectariorum improbam,
magis magisque indies gliscentem audaciam, cul-
pam conferebat. Nec deerant qui ob anquisitionem
Hispanicam, quam à Pontificiis, aut (vt vo-
cant) à Papistis huic patriæ cõfici fabricariq; autu-
mabant, natum crederent incendium. Hinc sedi-
tiosi & immanes rumores (vt ferè vsu venire solet,
vbi suspicionibus plus æquo indulgent mortali-
um animi) sed qui plerique vani erant, in vulgus
spargebantur.

Trahebantur verò in suspicionem, ac tantum
non in compitis omnibus, & tonstrinis nomina-
tim traducebantur quotquot erant sincero pecto-
re Christiani; imo (quæ hæc inuidia est?) non caput

A 2 exerere,

exerere, non foras vsquam prorepere, catholicis fas erat, nisi fortè amarent cauillis, lædoriis, fanis, conuiciisq̄e obrui. Quod si quis in tanta opinionum varietate me roget sententiam, ingenuè pronuntiauerò, hoc quicquid est mali, nostris sceleribus (quæ iam creuerunt in immensum) acceptum ferri debere. Quæ enim (per deum immortalem) quæ atas alia ab æuo vsque condito vitiorum, malarumq̄e artium fœcundior hac nostra vnquam fuit, cum sacra ac prophana passim & apud, non dicam omnes, sed certè apud omnium plurimos iuxta æstimentur? Quando vnquam in pueris tam præcox malitia? quando proiectior & vulgator in puellis ac fœminis pudicitia? Quod honesti, aut æqui iustiq̄e studium in viris? Quæ consilij, quæ prudentiæ ratio in senibus? Quantus obsecro in sacerdotibus, monachis, addo & vestalibus, diuini cultus neglectus, quàm crassa professionis obliuio? ne interim attingam sacrorum apud plurimos indignam, verisq̄e lachrymis deplorandam nundinationem. Quid plura? Succurrunt versus quidam apud Silium; quos quòd elegantes sint, atque huic tempestati mirificè seruiât, appingere placuit.

Silius Italicus. *Vis colitur, iurisq̄ locum sibi vendicat ensis.*
 lb. 1.

*Et probris cessit virtus. En aspice gentes,
 Nemo insons, pacem seruant commercia culpa.*

1. Mach. 6.

Et miramur si in tanta morum ac pietatis omnis ruina, & grauitè indignentur superi, & iustè irrogatis pœnis, in officio nos continere cogitent? Etenim (si literis sacris fidem habemus) multo tēpore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est argumentum

mentum. Neque ad eleuandam aut prorsus diluendam noxiam, locum hîc habet matris Euæ, vel Genesis 3. noueræ potius elogium, Serpēs decepit me. Cui enim non perspecta iam pridem fuit veteratoris illius, ac tortuosi anguis vafricies, qua mortalium genus in æterni numinis vel contemptum, vel neglectum adducere conatur, dum mille per mæandros fraudesque flexuosas (vti canit Prudentius Prudentius in hymno ante somnum. noster) agitata quietam? Quapropter cùm iam tot annorum chiliadibus genus nostrum persequitur, odio nimirum irreconciliabili, nulli non debet esse notissimus. Vnde planè ineptire mihi videntur, qui simul atque in omne genus scelerum suapte sponte abierint præcipites, in Diabolum tamen culpam omnem, ac facti inuidiam, à sese deriuant, reiciuntque, ac non potius id omne animi sui prauitati asscribunt. Nostro vitio labimur, nostra sponte peccamus; quamuis non iuerim infitias, malos genios, ad scelus esse consultores & incentores. Hi cum natura sint multo seditiosissimi, in hoc fædo rerum motu diligentem atque præstrenuam nauarunt operam, (nimirum vel seredis, vel alendis dissidiis nati) vt nostri Belgæ, veluti panico tumultu de repête exorto, in varia studia scinderentur. Neque infimorum, aut mediorum solum hoc crimen fuit, sed ad homines etiam vel amplis fortunis, vel natalium splendore, ac imaginibus illustres, ea lues dimanauit. Quorum nonnulli (heu dolor) etiam politiori literatura fuerunt expolitissimi, quos magis (credo) spes dominationis, quàm rerum egestas eò stimulauit. Sed cùm tanta malorum lerna esset, ebullierunt, tanquam signo dato, sub id temporis ho-

mines quidam impiè audaces, quorum bona pars aut iudiciis conuicti, aut exilio imulti fuerant, aut qui bona patria scortis, alea, ac luxu, aliisque malis artibus dudum abligurierat. Hi cum es alienum ingens conflasset, vbi primum scintillare cœperat incendium, quod proprio carerent, ad alienum focum intenderunt animum; ac veluti ad nouæ prædæ odorem vndique ex latebris suis provolauerunt, gliscenti flammæ faces aggeretes. qui cum se purioris Euangelij præcones, seu verbi ministros appellarent, facile eos, qui rebus nouis studebant, in suam, plausibili vocabulo commendati, pellexerunt sententiam. Inuenio in quibusdam locis Ecclesiæ reformatores appellatos: qui cum essent idiote plerique, & ab omni humanitatis studio alieni, incredibile tamen est dictu, quanto sint vsi verborum lenocinio, vt doli nescium popellu, suum facerent, ac iam sua sponte nouaturientem, nouis opinionibus imbuerent. Quod illis bono & commodo fuit. Nam cum essent ob inopiam exsucco, & tanquam syphar, exaridi, assecclaru succo pulchrè se posse vitam tueri sperabant. Rectè in istos ministros competit quod de Catilinæ coniuratis scripto prodidit Sallustius, Cum neq; res, neque spes vlla eis bona, quietam Rempublicam mouere pro magna mercede habebant. Interea temporis vt quisque erat maximè catholicus, egrè habebat, ac optimus quisque Reipub. (vt C. Taciti verbis vtar) cura mœrebat, vehementer metuens ne res abiret in apertam seditionem. Nam huc, nescio cuius mali genij impulsu, plurimorum animi propendere videbantur. Hinc secum non ineptè colligebat, inuictissimum Regem Philippum
(etsi

(et si rerum parēs natura eo Principe nihil vnquā finxit aut mitius, aut humanius, ægerrimè rem laturum, ac deinde grauiùs in plebem consulturum. Graue enim, & principibus execratum, inuisumq; malum seditio, quam summum nefas apud Lucanum Marcus Cato appellare audet. Quamobrem viri prudentes, & publicolę, noctu atque interdium secum considerare, quibus remediis potissimùm, quotidie latiùs ac latiùs proserpenti malo, occurreretur, ac locutuleiis illis ad nihil aliud quàm ad ciendam nutriendamq; discordiam natis, os obturaretur. Quamquam verò catholicis omnibus vnum erat studium, vnum votum, ad silentium adigere hosce rabulas, quorum declamationibus, tãquam noxio flatu, alebatur, increfcebatque orta semel intestinæ commotionis flamma (cùm viros Patritios ac Senatorios criminãdo, deinde Sacerdotes, & Monachos, addo & sacra omnia suggillando, plebem exagitarent) non eandem tamen antidoton adhibendam decreuerunt. Nonnulli primos illorum conatus haud quaquam vi retundendos censuere: per breui enim futurum, vt subito exortæ procellę, sponte subsiderent ac paulatim elanguescerent. Nam vulgus hominum odire solita, & ad noua semper aspirare; quibus adeptis, alia iterum exoptare: deinde & torrens, si obsistas, tumidior assurgit: postremo rem non carere periculo, cùm præcones illi suos haberent stipatores, veluti subsidiariũ militem, qui cum telo & armis frequentes ferè aderant. Hoc enim cùm primis ironicè. euangelicum est, armis sancire doctrinam. Alij potius armis propulsandos nefarios nouatores, ac additis insuper minis, plebem retinendam in offi-

tio strenueque curandum, ne absente principe Respublica quid caperet detrimenti. Non enim popysmo, aut manu leni permulcendos esse lupos, cum blanditiis non cicurentur, aut flectantur obsequio, verum infesto potius telo, ne inuadant gregem, procul pellendos. Sed ex qua tandem nobis cortè prouolauerunt isti graculi: quæ oui testa exclusit istos cuculos semper eandem cornicantes cantilenam, aut quales obsecro fuerunt? Plerique excucullati monachi, aut resècrati sacerdotes, qui fidem primam (iuxta Pauli testimoniũ) irritam fecerunt, vel certè ob perfidiam olim multati cerdones, extrema de fece viri, quibus nihil prius quàm irritatorum crabronum more in sacras religiones, à quibus impij descuerant, aut in fasces, ac magistratus, quibus dederant pœnas, infestis alis inuolare, atque plena conuiciorum plaustra in eorum caput exonerare. Mitto hîc commemorare, quot schedæ criminatrices, quot famosi libelli ad concitandam in Reges, & orbis monarchas, atque adeo in ipsos dei ministros sacerdotes, ac religiosos plebem, à sceleratis typographis procedebantur, extrudebanturque. Non dicã quàm indignis sannis atque lædoriis, τῆς τῆς ὀρθοδοξίας ἀεγμάχους, integerrimos viros D. Franciscũ Sonnum, & D. V Vilhelmum Lindanum, alterũ Buschoducensium, alterum Ruremundensium præfules, asperferint. Horret animus meminisse, quàm crudas, crudelesque in augustissimũ Eucharistię sacramentum, blasphemias, aut illoto ore expuerint, aut inauspicatis chartis illeuerint, vt verè de eis omnibus dixerit quis, quod de vno Luthero scripsit Desiderius Erasmus: Quemadmodũ Myde
(inquit)

1. Timor. 5.

(inquit) quicquid tangebatur vertebatur in aurum; ita tibi Luthere quicquid nancisci potes, vertitur in calumniam. Sed dum inauspicati illi, ac male feriati Ecclesiastæ, in diuos, diuasque omnes firmatis lateribus, ac plenis (quod aiunt) tibiis detonandi (*μάλα εὐαγγελικῶς* scilicet) nullum facerent neque finem, neque modum, atque identidem vociferarentur quicquid ageretur in delubris, ædibusque sacris, meram sapere idololatriam: pópulus veluti alastore quopiam, & malo dæmone afflatus, in tēpla impetum vertit, atque quicquid signorum, aut statuarum fuit, concussit, deiecit, comminuit, conclamans se idola confregisse, hoc prætexit nomine culpam. Atque hæc perpetrata sunt tam horrendo clamore, tā incredibile fragore, vt iurasses Nocte, atque Acheronte satas, & prognatas Furias vix magis potuisse furere. In hac rerum tempestate non defuere viri, vt in sacris Bibliis, ita in Patrum lucubrationibus versatissimi, qui in publicis ad plebem declamationibus, eruditè, & facundè (hoc insuper addam) magno quoque cum fructu, synceriora dogmata inculcabant, veluti quibusdam antidotis, aduersus grassantem pestem, minus firma pectora præmunientes. Verùm cum perduelles etiam scriptis, sed talibus, quæ erroribus, cōfictisque mendaciis scaterent, depugnarent, & nihil non conuitorum, rabiosus illis funderet calamus, senserunt vicissim neque catholicæ Matri deesse suos antagonistas, quibus commissi longè discedebant inferiores. Quid enim? Illyricus, & Hauwardus, nōne in certamē sunt ausi prouocare Reuerendos Ruremondensium præsulem V Vilhelmum Lindanum, & Magistrum nostrum Iodocum Tile-

Vergil. 4. lib.
Aeneidos.

Mathias Flacus
Illyricus.
Baltasar Hau-
vart Bruxel-
lenfis.

tanum, duo fulmina belli? Possem & alios referre, qui pietatis in Ecclesiam matrem preclaro facinore edito, nominis sui gloriam immortalem posteritati, serisque nepotibus consecrarunt. Qui tanta dexteritate, tanta grauitate, emissis in vulgus libellis rem gesserunt vt, ab orthodoxæ militiæ centuriis omnibus merito plausum auferant. Enimvero dum istorum pios sudores exosculor, eruditionem admiror, zelum amplector, incessit cupido animū pro matris Ecclesiæ (cuius filius & dici, & esse volo) libertate propugnanda, in eandem cum heroibus istis harenam descendendi. Decernunt illi, manusque conferunt (fateor) & maioribus viribus, & maiori cum gloria, (non enim conceditur omnibus Achillem se præstare, aut Aiace aut Aeneam) sed laudem etiam habet apud Maronem, qui suggerebat Aeneæ vibranda in hostes tela, Achates. & in sacris bibliis locum & partem aliquā gloriæ sibi vendicat præstrenni iuuenis Ionathæ armiger, quod heri sui exemplo accensus, pro sua virili vnà allophylos inuadebat. Quod verò ad me attinet, cum sic meum (si ita loqui liceat) sit fatum, pro orthodoxa fide multa & facere, & pati, plerisque Ecclesiam soluta, liberaque oratione inter tot aduersariorum pertinaces ausus defensantibus, in eandem palestram (in qua vel emori optem) pedestri & numeris astricta, quod felix faustumque mihi sit, descendere decreui. Quis enim æquo animo ferat, nisi planè sit astorgos, ipsissimam Christi spōsam tam effreni petulantia, tam inexhausta loquacitate despui, tam amaris conuiciis proscindi, tam cruento insuper calamo à factiosis peti? Verum iā diu in dubio fuit animus, cui tam rude, & Apolline

ne

1. Reg. 14.

ne nullo, deprōptum carmen, dedicarem, aut sub cuius nominis vmbra, atque auspiciis, in publicū tenellus prodiret fœtus : tandem diligēter omnia expēdenti, Magistratus Dordracenus (cuius in fide constantiam, in rebus aduersis (cū videlicet φιλοδόξοι καὶ φιλολόιδωροι isti præcones omnia sursum deorsumque commouerent) fortitudinem, ac infractum robur, demum in rebus ambiguis, ac difficilibus, diuinam pene prouidentiam, mirantur Belgæ, exosculantur Hispani, celebrant Itali, decantant Galli) primo occurrit. Is ille est magistratus, qui superioribus annis sanè turbulentissimis, cū in plerisque locis imagines, sacra signa, & altaria, paucorum improbitate contererentur, diuersum carpere iter est ausus, atque ad quatuor simul cœnobiorum sarta tecta instauranda animū adiecit, fratrum videlicet minorum, Augustinensium, Cellitarū, & earum Vestalium, quas Clarissas (quod D. Claræ nomen dederint) vulgus appellat. *Ὡς δὲ* vigilātissime magistratus, sic itur ad astra, sic imperatorem Augustum religionis studio propiūs exprimis, qui ædes sacras vetustate collapsas, aut incendio assumptas (vt auctor est Tranquillus) reficere, atque instaurare solebat. Et (vt mittamus externa) præclaro hoc facinore Zorobabelē, & Iesum filium Iosedech, nobis refers, qui è captiuitate Babylonica postliminio reuersi Hierosolymam, templi ruinas magnis impensis, & animis instaurarunt. 1. Esdræ 5. Meretur & illud laudem haud vulgarem; quod, cū in hac florentissima Republica hæreseon pestis iam pridē scintillare cœpisset, magistratus, qui id temporis curabat, non obscure intelligens fidei synceritatem, religio-

ligio-

ligionisque concordiam vel præcipua esse fulcra, quibus ciuitatis tranquillitas niteretur, viros eruditissimos, magnis propositis præmiis euocauit, quorum opera & consilio venienti morbo aditum præcluderet: quos deinde, vbi aduenissent, magnificentissime, liberalissimeque habuit, & dextrè cōfecto negotio, discedentes, amplissimis est muneribus prosecutus. Neque silentio prætereundam arbitror exquisitissimam eius Reipublicæ munificentiam erga ciues suos, qui vel Louanij, vel in aliis Academicis dignitates theologicas amplisque honores consequi ob doctrinam solent. quod abundè satis, vel vnico in medium adducto exemplo, illustre faciam. Cùm ante annos non ita multos eruditissimus Ruremondensium præsul V Vilhelmus Lindanus Magisterij sacris, qui summus in Academicis honor est, ob singularem & incredibilem eruditionem, vitæque integritatem inaugureretur, hinc Dordracena Respublica (ne non semper sui esset similis, hoc est liberalissima) viros aliquot graues, & longo rerum vsu præstantissimos eò misit, qui munere honorario, (quod sanè fuit amplissimum) suaque præsentia, prandium illud (quod doctorale appellant, ad quod, quicumque Louanij in aliquo sunt numero, inuitantur) solennius redderent, & exornatius. Qui deinde quò iuuenibus sacrae theologiæ candidatis ciuibus suis, ad diligentem ei studio nauandum operam, faces subderent, atque ad pulcherrimam virtutem vltro properantibus adderent calcar, ciuitatis suæ nomine propalam sunt professi, non inferiori erga eos qui posthac eò dignitatis conscenderent beneficentia, ad leuandos sumptus vsuros. Quod factum apud
Loua-

Louanienſium animos incredibilem Dordracenſe Reipublicę peperit auctoritatem. Poſſem commemorare, quanta prudentia, quã inconcuſſo animorum robore inſurgentes, atque omnia ferẽ ſecundo curſu peſſundantes, anni ſuperioris fluctus vel tulerit, vel propulerit religioſiſſimus Dordracenus ſenatus, niſi aſſentationis notam mihi inuendam ſubuereret. Quid enim minus præſtitit quã Romanus ſenatus, in quo cordatiſſimus cõſul M. Cicero Catilinæ, coniuratorumquę, nihil præter cędem, atque incendia meditantium conatus, & aſtutẽ depræhendit, & fortiter repreſſit? Non cedit Dordracenus ſenatus, illi Romano; nõ hi cõſules, Ciceroni & Antonio. Memorix proditum eſt, Epaminondam (quo duce viuo & ſaluo Thebanorum res in tuto fuere, quo ruente ſimul vna conciderunt) cùm alij ciues potarent & pergręarentur, vrbiſ plateas, cogitabundum, & ſobrium perambulaffe. Qui cùm rogaretur, ecquid in communi lætitia, ſolus ceterorum non laxaret habenas, ſed potius curis anxie intenderet animũ, ac tetricus peruigil inambularet: idcirco enim vigilo, reſpondit, quò vobis tutum ſit, & ſecurum, etiam, voluptati, ſomno, & conuiuĩs conſecrare noctem. Neque aliò arbitror reſpexiſſe Dordracenum Magiſtratum, quã vt amata patriæ ſuis ſudoribus, ſuis vigiliis, & laboribus conſuleret, eãquę, periclitantibus gotzica alluue aliis, extra teli iactum, ac veluti in portu collocaret. Quod ſi aliæ in Belgio Reſpub. fuiſſent imitata, æquabiliũs & conſtantiũs ſeſe res haberent, nec maleſuade illæ harpyię (quibus otio atque ab alienis quadris perito cibo nihil ſolet eſſe dulcius) cùm domi omnia

Præcones illi
tumultuoſi vo-
cantur hęc har-
pyiæ.
paca-

pacata, & ab externo hoste satis tuta nobis essent, tantam turbam dedissent. Utinam tandem hanc hæresion pestem in dies latius hominum pectoribus sese insinuantem, ex hac infera Germania excutere possimus; sperarem aureum quoddam seculum, in quo, si liceret, liberet repubescere. Verùm quando omnia (vti canit Homerus) θεῶν ἐπιγούρασι sita sunt, flagrantibus votis fatigandus nobis omnipotens ille Pater, vt præsentium fastidio, & mutationis cupidine sauciatos, grauiusq̃ deprefos nostratium animos, ad resipiscentiam ac purioris fidei lucem, damnatis errorum tenebris, excitet, erigatq̃. Libet nunc D. Augustini verba huc in medium adducere. Veniant quotquot tanquam ciuili bello nostris contra nos erectis armis, signisque pugnauerunt; veniant, & fiat pax in virtute Hierusalem, quæ virtus charitas est. Cui sanctæ ciuitati dictum est, fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Non se extollant aduersus maternam sollicitudinem, quam pro ipsis, & pro tantis populis, quos decipiunt colligendis & habuit, & habet. Eodem mihi spiritu afflatus videtur beatus martyr Cyprianus, dum in hæc verba erumpit. Opto omnes in ecclesiam regredi, opto vniuersos commilitones nostros intra Christi castra, & dei patris domicilia concludi. Remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno iudicio religionis examino, delictis plus quàm oportet remittendis penè ipse delinquo. Amplector pròpta & plena dilectione cum pœnitentia reuertentes, peccatum suum satisfactione humili, & simplici confitètes. Hactenus Cyprianus.

Quoties

Epistola 10. ad
Bonifacium.

Epist. 3. lib. 1. ad
Cornelium Ro-
manum Episco-
pum.

Quoties in hunc locum incido, admirari supra
quàm dici potest, atque adeò cādidum viri huius,
ac singulari erga infelices ouiculas ab Ecclesiæ
caulis vafra luporum improbitate auulsas, miseri-
cordia commotum pectus exosculari soleo, pectus
me hercle & episcopo & martyre dignum. Atqui
illa quam iam citauimus A. Augustini sententia
quid aliud refert, quid aliud nobis spirat, quàm
flagrantissimum, ac penè incredibilem in Eccle-
siam matrem, eiusque filios, etiam degenerantes,
ac ab ea deficientes, amoris flammam, dum hos
commonet, vt ad matrem veluti postliminio re-
uertantur: illam verò ad resipiscentes exporrecto
latiùs sinu, excipiendum sedulam scribit esse, ac
sollicitam? Et ò vtinam hac deplorata tempestate
positis odiis, atque contentiosis, animosisque in-
ter partes ταῖς λογομαχίαις, in vnitatem fidei conspi- 1. Corinth. 1.
remus, vnum sapiamus, vnum denique dicamus
omnes: vt vel tandem discussis pertinacium hære-
sum atris turbinibus, nobis diu expectata redeant
halcidonia. Id quod propediem futurum confi-
dam, si vniuersi, atque ad vnū omnes inferæ huius
Germaniæ ordines, ac status, sedulo, ac serio con-
nitantur, labanti nunc ferè vbique religioni fidas
admoliri manus. quod quò fiat faciliùs, retulerit
proculdubio supremi numinis, ac cælestium iras,
non nisi iustissimis de causis conflatas, cum arden-
tioribus precibus, tum vita in posterum deprecari
atque auerruncare correctiori. Priusquàm verò
epistolam hanc, cuius me ferè transiluisse limites,
ingenuè profiteor, finiam; obnixius mihi Dordra-
cenus senatus populisque est rogandus, vt carmè
hoc nostrum æqui bonique consulere velint.

Aeter-

Æternus rerum arbiter ac Pater Domini nostri
Iesu Christi per Spiritum suum sanctum vestros
animos aduersus Sathanæ regnum, atque impro-
bam hæreticorum vim, dirosque assultus, solidos
reddat & adamantinos; vestraque florentissima
Reipub. quàm diutissimè seruet incolumes. Amē.
Hagæ. Anno reparati orbis, clō Io LXVIII.

MARTINI DVNCANI

QVEMPENATIS AD D. HIPPO-
lyti Delphis pastoris Carmen Heroicum in
Petri Bacherij, S. Theologiæ licentiati, Pani-
cum tumultum.

PODICE quos genuit spurco Copronymus ille,
Iconoclastarum vis respondentia scire
Nomini & auspicio, perfæda, pudenda, nefanda
Prælia, Diuorum augustis illata figuris,
Pulchra quidem scitu, verum turpissima gestu;
Hoc eme, volue, reuolue poema nouum atq; venustum,
Quod tibi Bacherus sudauit Apolline dextro:
Haud letabere patrat, recreabere scriptis.
Inde videbis, uti infausto nunc alite mundus
Voluatur sursum, deorsum, quasi venerit orco
Tisiphone mixtura polo mare, sacra prophanis;
Sede sua ut pellat Christum, & rerum potiatur.
Sed frustra. Nam stat firmo tibi cine fulta
Vera fides, stabit q; per æuum Ecclesia vera,
Assiduo quamuis oppugnata ariete Ditis:
Bos senior vitulo insistit plantis mage fidis.

Imperator Cō-
stantinus Co-
pronimus ima-
ginū subuersor.

THEOPHILI DVRMONTANI,

I. O. D. ELEGIA AD FAMAM IN
VIVENTES GEVSOS.

HVC adsis nymphas inter pulcherrima cunctas,
Quæ stimulis hominum pectora læta moues:
Quæ facis ut semper factorum gloria duret,
Nec leuis in cineres fama soluta fluat:
Apta age nunc celeres humeris volitantibus alas
Tende triumphato cornua læta sono.

B

Vitam

*Vitam Genforum fac sparge vagata per orbem,
 Laudibus & tendas carbasa plena nouis;
 Aurea ubi roseo surgens aurora cubili
 Nunciat aduentus, Delie clare, tuos:
 Atque ubi Phæbus equos defessus in æquore mergit,
 Ac orbis agili voluit ubi axe polus.
 Triste sit exitum Genforum facta nepotes
 Fallere, nec seros illa videre dies.
 Hac ego Dina statim frontemq; oculosq; reduxit,
 Atque hos auerso vix dedit ore sonos:
 Mirabar ventos & sesquipedalia verba:
 Sed res ad curam non facit illa meam.
 Non opus est hederas late appendisse falerno,
 Non præcone, satis quos sua facta probant.*

**EIVSDEM IN LIBELLVM AVCTO-
 RIS CARMEN ELEGIACVM.**

EXITIVM celebris solatur Troia penatum,
 Claraq; fert leuius se cecidisse Tyros.
 Alta minus luget patrias Carthago ruinas,
 Quod per scriptores posthuma fama viret.
 Iustus at nostra sortis solamen habemus,
 Possumus & Diuum bella dolere minus.
 Tum quia tam dirum seri Bachære nepotes
 Spectabunt facinus, cen videant propius;
 Horrescentq; nefas, tam doctis versibus illud
 Exprimis, atque pari facta dolore notas.
 Tum quoque quod passim soluis (que maxima laus est)
 Hereticos nodos, implicitasq; strophas;
 Scripturaq; sacra foelix arcana resignas,
 Ut nemo propius splendidius ne queat.
 Maeste igitur virtute tua magis exere frontem:
 Vinat cana fides, priscaq; iura iuues.

PANICVS TVMVLTVS,
REBVS IN BELGIO TRANQVIL-

LIS AC MIRE PACATIS, QVORVNDAM

improbitate iniectus, auctore F. Petro

Bacherio Gandensi Sacrae Theo-

logiae Licentiatō.



VGGERE *Musa tuo noua car-* Inuocatio.

mina, suggere vati,

Prælia dicturo letis caritura triū-
phis.

Depulsos referam Diuos, orbataq; Narratio.

signis

Templa suis, ac multatos populatibus agros

Belgarum. Quæ tanta animos incendit Erinnys?

Proh superi patrios sic incestare penates

Ciuii bello? Tanti primordia motus

Præcones peperere noui dum pectora cæcis

Inflamman odii? Quid enim nisi trita volebant

Signa Deum & statuas? Populusquoque deuius

æqui

Præbuit his aurem cuculis, & pectora dictis

Incantanda nouis, rerumque poposcit habenas

Ocyus, & fasces. quin iura, fidemque, Deosque

Fas sibi mutandi, Patrum consulta priorum

In dextra nunc esse sua, simul ore fremebant.

Tum pauitare noui Patres noua semina belli,

Belgarumq; Duces primi, arcanusque Senatus

Vulgus Belgi-
cum noui do-
gmatis bucci-
natoribus au-
res adhibens a-
narchiâ medi-
tatur.

B 2

Horre

Procerū & auli
corū trepidatio

*Horrere; et proceres aurati velleris. Ipsa
Dux quoq; Parmensis (qua non solertior vsquam
Foemina, vera cano) rebus praefecta gerundis,
Curarum ingentes moles sub corde premebat :
Consiliumque vocans augustum, pectoris imi
Tristitiam trahit ad faciem, curasque latentes.
Quid faciat dubitat, regum rex gemma Philippus
Hesperij cum solis opes, & Bethica rura,
Cantabriamque colat, nostro procul orbe remotus.
Nec latuere doli Regem, cecique tumultus
Semina, non illum mentiti signa fauoris
Quorundam latuere. Virum studia aspera Phœbus
Extulit ad lucem, cum tingeret equore currum
Hesperio, ac lassos rutilo temone caballos
Solueret. obstupuit rerum nouitate Philippus.
Ast ubi purpureo rutilans Thaumantiis ore,
Syderei Iouis imperio, descendit Olympi
Sedibus, & crudis odiis male foeta retexit
Pectora dissimulata diu, plebisque furores
Deuota diris regi patuere Philippo.
Horruit, & tantos potuit vix credere motus;
Ac coniuratas non equo foedere dextras.
Sed secum ; Heu tantos potui sperare dolores?
Hæc promissa fides? hæc nexæ in foedera dextra?
Heu gentem meritisque meis, meritisque paternis,
Non terris tantum; verum vsque ad sydera notā:
Has grates, hæc cæca futuri proemia reddis
Pro meritis? Belgæ regni non infima nostri*

Sol & Iris fin-
guntur. miro
artificio Regi
Philippo res
Belgarū pertur-
batas indicare.

Oratio Regis
Philippi ad Bel-
gas plena affe-
ctuum.

Portio

Portio, quæ menti furias afflauit Enyo?
 Vos ne nouatorum infelices creditis vlli?
 Dum vestris inhiant rebus, dum seditione
 Lucra metunt? Sic commotis piscator in vndis
 Anguillas captat. præconum turba profudit
 Decoxitque suas fortunas: nunc alienis
 Imminet, & totas noctes bella horrida bella
 Atque dies clamans, spem sumptis ponit in armis;
 Dum mercatores fatuos spe ludit inani,
 Emungens auro atque argento. Scilicet istis
 Est neruis opus, vt conscripto milite pellant
 Linigeros, Monachosque domo, temploq; ministros
 Exturbent. Vah quanta noui falsique cupido.
 At vos (si precibus locus est) ne credite Belgæ;
 Nec mihi fida metus nunc olim pectora vertat,
 Nec spes vlla nouæ prædæ, nec blanda perurat
 Gloria. sic escis adoperto piscis ab hamo
 Fallitur. at veterum Patrum sententia cordi
 Sit vobis, & cana fides, thurisque vapores.
 Et dum mobilibus collucent atria flammis,
 Stupaque dum teretis consumit proxima cere
 Mella calens, præbet vel dum caua testula succum
 Linteolo molli, deiecti lumina prono
 Vultu mox Regem niueo sub pane verendum
 Seduli adoretis. Si quis vos territet armis
 Improbus, & iuret venturum in bella ferocem
 Germanum, si liligeras instare cohortes,
 Insuper & leuibus iaculis, arcuque minaces

Apta comparatio ex Athenæo.

Epiphœnema.

Exhortatio ad eucharistiam adorandam.

Sub panis specie Christus.

Intrepidus ani-
mus Regis.

Alloquitur
Rex vulgus Bel-
gicum.

Allusio ad can-
rilenam vulgi
In groeter noot
slaet papen doot,
en laet gheen mo-
nchen leuen.

Sanctorū ima-
gines Idola ab
hæreticis appel-
lantur.

Anglorum turmas, fictis ne credite nugis.

Non Angli me toxota, non accola Rheni,

Non Galli terrent: non si socia agmina iungant.

Atquæ alacres mecum vnanimi nunc pace fruuntur

Hæ gentes. Olim stetimus tela aspera contra,

Contulimusque manus: positis nunc secula bellis

Mansuescunt, pacemque inuat sanxisse perenni

Fœdere, & obstrinxisse fidem. Sed parcite sacris:

Nam vos coniurasse ferunt, signisque nefandum

Moliri exitium. Cur tanta cupido nouandi,

Gens dilecta mihi? Cur cornicantibus aurem

Tam placidam rabulis præbetis? Temnite porrò

Aeruscatores blaterones, qui nihil æquè

Vt ventrem curant, ac deficiente crumena

Iam propria, suetos alieno viuere succo.

His quoque non radit virosos altera dentes

Cantio, quàm, pessundate, cædite, perditæ, quicquid

Ambulat attonsis veteri de more capillis:

Perdite linigeros mystas, Papamque, Patrumque

Purpureatorum cœtum, monachosque verendos.

Quid quod & indigetum statuas, & signa deorū

Exigere è templis cupiunt, aut vrere flammis?

Sic olim Diuis immania membra gigantes

Bella parant, folioque Iouem depellere tentant.

Sed tamen obnubunt specioso nomine culpam.

Namque sacras statuas, sacri monumenta fauoris

Idola appellant, cæci qui luminis alti

Participes animas rident, cineresque beatos.

Ecquid

Ecquid opus multis? aures occludite seuis
 Praeconum nugis, quibus est nigra cauda, quibusq;
 Raucida perpetuo distentis cantio buccis
 Voluitur hæc: Pereant monachi, pereantque puellæ
 Vestales: Diuûm flauo commissa metallo
 Ora vel argento pereant, delubra figuris
 Vrantur viduata suis, viduata ministris.

At Regem vestrum, proprij qui sanguinis haustu
 Defensos optat Belgas, redamate fideles,
 Qui vel rimoso diuersa per æquora lintre
 Vela daret letus, solida hinc si commoda vobis
 Adferri possent. Animæ si prodigus vnquam
 Vel Codrus fuit, vt doctas seruaret Athenas:
 Vel Decij certis si obiectauere periclis
 Deuotum caput, vt Romanæ gloria gentis
 Cresceret: ipse etiam pulchram per vulnera mortẽ
 Adsciscam citius, quàm vos succumbere tristi
 Ferre queam fato; tantam in præcordia flammam
 Vestri amor accendit. Breuis ô mihi terminus æui
 Sit, modò sit patriæ longissimus, atque periculo
 Ipse meo charis cupiam ceruicibus enses
 Belgarum arcere. At si, quod regit omnia Numẽ,
 Res sinat inuerti vestras, ac seditione
 Heu commune bonum turbari, protinus oro
 Obruat vndanti me flumine, terra dehiscat
 Ima mihi, mœstisq;e prius caput occidat vmbriis.
 Num grege turbato securus ad otia pastor
 Respiciat, num mactato velit esse superstes,

Versus aliquot
 hic proxime se
 quentes, incre-
 dibilẽ, & singu-
 larem Regis et
 ga Belgas amo-
 rem ostendunt

Num presso arumnis, & acerbi vulneris aestu
 Fronde sub arborea frigus venetur opacum
 Porrectus? Num vel fumos, aurasque madenteis,
 Quas halant vel persica aromata vel Nabatheæ
 Delitiæ captet, cura pereuntis oculis
 Posthabita? Breuiter dicam tribus omnia verbis;
 Si premat hostilis mucro, aut mauortia tela
 Dilectos Belgas, alacer mea viscera pandam
 Ut lateant: instet si mors, ego fata cruenti
 Supplicij pendam, posito diademate, charis
 Pro populis. Quod si tanta est insania, tanta
 Nox animi, Regemque iuuet Diuosque verendos
 Despuere, & placide motum præferre quieti;
 (Quod superi quaeso auertant) ego quicquid ubiq;
 Suppetit armorum, delecto milite, vertam
 In Belgas, meritamq; dabunt pro crimine pœnam.
 Hic finis fandi. Paucis post deinde diebus
 Fama canit, qua non aliud præstantius vllum
 Affecit mentes monstrum, flagrare tumultu
 Belgarum populos acri, lymphata per vrbes
 Agmina prouere, & iuuenes noua poscere bella;
 Poscere bella senes, templis instare propinquum
 Exitium, & mœstas sudare in marmore Diuûm
 Effigies, nisi portet opem, nisi religionem
 Nutantem firmet Rex, sparsi incendia belli
 Resinguens, dum res pauida, ruitura repente
 Tempia deûm, fidei decus, & monumenta piorû,
 Oppressas cecinit leges, & fœdera, seuas

Rex Philippus
 precibus supe-
 rioribus, minas
 regaliter addit.

Finis orationis
 Philippi Regis

Fama canit om-
 nia pessum ire
 apud Belgas.

Tisi-

Tisiphonen iactare faces, cecidisse pudorem
 Illecebris, Iurisque loco vim stare, ferarum
 Viuere more homines, tantam inuoluisse furentes
 Noctem animos, verum interea mox horrida centum
 Anguibus incincta Alecto, stygisque venenis
 Inuadit mentes plebis, motusque futuri
 Suggestit ardorem indomitum, delapsa per auras
 Oblimat dubios animos, & fusa medullis
 Aspirat ceci furibundum erroris amorem.
 Quis patriæ cladem, quis fata miserrima narret?
 Belgarum, durosque virum, tetrosque labores?
 Heu patria infestis canibus data præda, deumque
 Delubra heu pictis, sculptisque exuta figuris:
 Nullus iam myrrha, iam thuris nullus odori
 Suffitus, iam nulla calent altaria flammis,
 Sublimi perpauca tholo donaria pendent.
 Quæ nunc purpureas violas, quæ lilia virgo
 Vernantesue rosas viridi de cespite carpit
 Ruris opes picti? Quæ molli pollice flores
 Texit odoratos, certi monumenta fauoris
 Insertum, & diuum statuis imponit honorem?
 Non habet alternas vario modulamine voces
 Nunc chorus. haud teneras aures symphonia mul-
 Phonaſco, ſuccetori, pueroq; choraulæ. (cet
 Res redit ad restim. Quid enim nisi nomen inane
 His superest sine re numeraria? At ipsa culina
 His friget: quoniam nullo iam lucra metuntur
 Templo. Quin etiam lautis bene rebus egestas

Alecto vna ex
 tribus furis, cõ
 citandis tumul
 tibus idonea.

Psal. 21. & Phi.
 3. hæretici ap-
 pellantur canes

Horrida rerum
 facies, ac sacro-
 rû cõtẽptus ex
 ſeditione naſci-
 tur.

*Succedit, quæstu miseris cessante, fame s̄que
Prædurum telum. Sed vox & musica prostant,*

*Qui piis laudi-
bus in templis
Christū eiusq;
matrē celebrare
solebāt, sectariis
omnia pertur-
bantibus puel-
larū amatori-
bus suā locant
operam, ac pro
virgine matrē
Venerē celebrāt*

*Et vili mercede canunt pereuntis amore
Verba proci, diramq̄ue facem, nymphæq; superbæ
Exorant surdas modulata voce fenestras.*

*Quis ferat hæc? quis non doleat? quæ lingua pudicā
Laudauit Christi matrem, nunc ordine verso*

*Et Paphiam celebrat Venerem, Venerisq; salacem
Prolem, cui fraudes, & lubrica furta, iuuentæ*

*Sunt curæ. Vix qui mysteria cælica narret,
In populum prodire potest: sic sic furibunda*

*Auribus heu pronis plebs exitiale venenum
Imbibit, inflatis discens mendacia buccis*

*Promere, cūm pseudochristi, plaudente popello,
Non sana insani capitis mendacia vendant*

Obtrudantq̄ue viris, queis prurit mensq;, manusq;.

*Blaterantibus
passim pseudo
prophetis pasto-
res & catholici
præcones silen-
tium abrūpere
debent.*

*Ergone Præcones quos vera Ecclesia misit,
Turbatis poterunt præstare silentia rebus,*

Et canibus similes mutis, absistere fido

*Latratu, multumq̄ue lupis ululantibus, vltro
Terga dare, aut notis trepidè se condere claustris?*

*Num cuculo antiquum recinēte inamabile carmē,
Dulce canens Philomela suis cessabit ab odis?*

Lucifuge surgunt media de nocte latrones,

*Pastorum mu-
nus est gregem
tutari a lupo-
rū iniuria, eosq;
arcere ab ouij.*

Ac modicus somni mercator; scilicet illi

*Vt spolient, hic rem faciat: tu lentus in vmbra
Inuitans somnos (tali vix nomine dignus)*

Otia pastor agis? sub noctem nulla recurſat

Cura

Cura tibi, tibi nulla die vigilantia mentem
 Exercet, quacunq̄ ruat, securus ouilis
 Largifluo superi quæsi sanguine Regis?
 Hei miser, ecce lupi rictuq̄ue, & dente minaces
 Induuis ouium tecti, quæ maxima turba est,
 Hoc pecus omne tuū (infandū) discerpere querūt.
 Excute lethargum residem, tibi latifer arcus
 Displodat iaculum, stridentiuē vtere funda,
 Hos veteratores teneris ab ouilibus arcens.
 Ergo age dilecto pecori post omnia ponas,
 Hoc pascas, spartam hanc exornes, præmia letus
 Certa metes olim, nisi te, qui promicat auro
 Signato, rapiat splendor, coquat aut tibi pectus
 Inconcessa Venus, vel qui præcordia Liber
 Tecta aperit, ni te iuuet. hæc peccata abolere
 Spem poterunt, exantlatorum digna laborum
 Præmia ne capias. Quoniam dum sacra prophanāt
 Sacrifici, & nolunt turpi secernere honestum:
 Dum nihili pendunt vel pensa horaria, vel dum
 Illotis manibus diuina, humanaq̄ue tractant,
 Ista panomphæi Iouis æquam ad fulmina dextram
 Demittenda trahunt. En thuris grana Sabæi
 Vsta focis redolent, molles funalia flammæ
 Expurgunt. Et tu Christi male sane sacerdos
 Hæsternam ructas crapulã, aut meretricis amores
 Putris oles? Sacramentis altare tremendis
 Ecce calet, pigrum tu contra pectore frigus
 Intus alis? facinus probrosum, & carcere dignum;

Pastorū est gre-
gem pascere.

Tres hæ pestes
Aurū, Venus,
& Bacchus, præ
rosq̄ue Pastorū
laborum suorū
præmio priuāt

Suggillatur &
merito perstrin-
gitur quorun-
dam sacerdotū
crassa & plus-
quam supina
oscitantia.

Si

Si presente deo genis que volucris, ipse
 Tam sanctam carnem, tam puri sanguinis haustus
 Presbyter impurus tractes, ut amica luto sus
 Lilia hyperboreis niuibus certantia, calcat
 Virgineamue rosam. Nostris his forte sacerdos
 Occinet aut pastor, Num soli conscia culpa
 Corda sacerdotes gestant? quid carmine nostram
 In famam incurfas mordace, styloque verenda
 Nomina configis? Quibus istud succino: Totum
 Ordine ego haud quaquam insector, crassos sed abu-
 Quorundam iugulo, nigrum praefigere theta (sus
 Moribus assuetus nigris. Nam culmine rerum
 Longe extra vulgus positum, supraque prophanos
 Presbyterum esse decet, nihil abiectum, nihil unquam
 Aut humile effari aut facere, aut sub pectoris imo

Quam incul-
 pate & pie de-
 beant vivere sa-
 cerdotes.

Iuuenalis sat. 8.

Voluere, dedaleis at supra sidera pennis
 Tolli. Cum vitium igitur se tradit, honesto
 Neglecto, cum repit humi ceu vipera, mores
 Nunquam ad preclaros assurgens, scandalon omni
 Aetati praebet: vitium nam, teste poeta,
 In se crimen habet tanto conspectius, ille
 Quo maior qui admittit, & hinc frontem caperata
 Sumimus, & rigidum facit indignatio versum.
 Non tamen inficior, quin orbis magna prophani
 Pars vitium madeat, seu spectes stemmate claros,
 Qui titulis carisque tument, qui splendida Gracchos
 Nomina, Scipiadaeque crepant priscumue Camillum,
 Puniceoque gerunt spatia, fuluumue leonem,

In omnibus fe-
 re profanis fun-
 ctionibus, atque
 in omni vita
 genere pecca-
 tur.

Tigridis

Tigridis aut caput, aut vngues, rictusue luporum,
 Aut aquilā, & grandē imposta cū mole elephātē;
 Siue nota contempleris longè inferiore,
 Plebeios, manibus gnauis, opere irrequeto,
 Pauperiem fugere assuetos, vel per mare longum
 Vectantes merces surgente à sole, remotos
 Ad Morinos, Belgasque trucidis Mauortis alumnos;
 Vel contra à Belgis, ad Gangem, aut ostia Nili.
 Nemo igitur nostræ miretur iurgia chartæ.
 Nam quis tam patiens, cui non iecur ardeat ira
 Ad varias scelerum formas? Tamen acrior illum
 Censura vrgebit, sacris qui altaribus astans
 Proruit in vitium præceps, poenam irrogat æquā,
 Qui furem scutica ferit, horribiliq̃ue flagello
 Latronem. Sic iustus erit, me iudice, Iudex,
 Qui puerum ferula, maiorem verberare cædat
 Maiori, si par peccatum admittat vterque;
 Propterea quoniam vitium Natura creato
 Vnicuique dedit (rutuli namque orbita solis
 Eclipsim patitur, media se parte minorem
 Sæpe soror Phœbi sentit, nec prænitet orbe
 Semper completo, ferrumq̃ue ærugine, & aurum
 Atteritur) vitis homines sine viuere nusquam
 Arbitror offendes: tanta est vis vndique prauis,
 Tot blandis scatet illecebris hæc carnea moles,
 Diuine vt rapiat transuersam particulam aure,
 Implicet & laqueis mellitis. Cæca futuri
 Si mens tum fuerit, stygiiq̃ue in verba tyranni

Iuret,

Huiusmodi fe-
 re solent esse
 nobilium insi-
 gnia, vide Eras-
 mum colloquio
 de nobilitate.

Grauius est pec-
 catū sacerdotū
 quàm hominū
 prophanorum.

Caro animum
 transuersum ra-
 pit.

Votū in Baptif-
mo cōceptum.

Alea damnatur
eiusque incom-
moda obiter re-
cententur.

Belli femina ri-
xa.

Vifura, furtum.

Gula.

Ebrijs solent pa-
ri capitis verti-
ginem.

Iuret, faluificis è Christi transfuga castris
Excuffoque iugo fuauis, voti que prioris
Immemor, intolerabile onus ceruice receptet:
Actum est, mille mali species, ter millia centum
Mox pedicarum intercipient, nodique tenaces.
Hinc tantum scelerum ebullit, variique laborant
Criminibus variis. hunc pernox alea prorsus
Denudat, cum sepe canes tristissima damna
Subfiliunt: tunc sollicito res parta labore
Deperit. At coniunx vlulatu, sparsa capillis,
Foemineo, infaustos incusat moesta hymen eos,
Seque dolet nuptam, se sponsi, foedere certo
Inferuisse manum manui. Sed nec leuis illa
Noxia, per summi numen iurare tonantis
Famose in ludo. belli mala semina rixas,
Ac interuersos non equo foenore nummos
Prætereo, fures, latrones, sacrilegosque,
Atque alios, quorum suffixa cadauera coruis
Debita sunt, taceo; pergræcantesque nepotes
Ventricolas, somni, vini que, cibi que benignos:
Qui cum Teutonicas, portentosa ingluuie, offas
Sorbuerint, venasque intravit letus Iacchus,
(Credite) cum signis præcelsus obambulat æther;
Et domus, & tectum, caligantesque fenestræ
Subfiliunt; tanta est capitis vertigo grauari:
Non pudet ad morem satiati viuere porci?
At si alio Plutus oculis, arca que relicta
Migrarit, crescente fame, censu que paterno

Turpi-

Turpiter absumpto, ganeo bonus ille, necessum est
 Ut laqueum infamis sibi nectat in arbore lechi,
 Incumbatue furens gladio, finire dolores
 Morte optans; si vita placet, vel viuere rapto
 Cogitur, aut tenuem plateatim quærare victum
 Poscèdo. Quid nunc memorè, Venus aurea quantū
 Hauriat argenti, dum vasfram Thaida noctem
 Exorat supplex miles, primasque in amore
 Postulat esse sibi partes; quo Phædria ploret
 Riualis, rus iussus abire, ad gramen aprici
 Campi. Alius Venerem brutarum more ferarum
 Incertam rapit, & promiscua gaudia captat,
 Qualibet optatum delibans arbore florem.
 Est, quæ se interea somnum simulante marito
 Publicat. Heu famæ obliti melioris amantes
 Discite, quàm noceat teneris allapsa voluptas
 Mentibus, & quātum secum trahit vsq; malorū;
 Impius, erepta Menelai coniuge, adulter
 Iliacum Argolico maculauit sanguine pontum,
 Iliaca Argolicis corruptit menia flammis
 Committens Asiæ Europam. Cleopatra pudoris
 Immemor, vndisflui petulans regina Canopi
 Cum duce Romano, fidenti pectore nauim
 Conscendit, spreuitque acies, diuersaque signa
 Augusti, & tonsos infesto remige fluctus,
 Quos exhorrescunt aliæ, pauidoque gelantur
 Pectore. sed iustum victoria respicit hostem:
 Sanguibiboque natant, fracti super equore remi

Milite

Veneris & lu-
xuriæ inōmoda

Terentius in
Eunucho.

Venus vaga.

Adulteræ pec-
catum non re-
clamante mari-
to, qualem vul-
go Ioannē ap-
pellamus.

Paridis, & Cleo-
patræ luxuria
plurimarū cæ-
dium occasiōē
præbuit.

Dux Romanus
Marcus Anto-
nius cum Cleo-
patra Regina
Aegypti pugna-
uit contra O-
ctauium Augu-
stum.

Milite confixo, aut merso. Mox proripit illa
 Se media è pugna imbellis, classemque reducit
 Ad Pharon & Nilum, desperataque salute

Cleopatra sibi
 ipsi manū ad-
 fert.

Famosum auratis pectus nudata papillis
 Præbuit aspidibus: mercedem hanc iure reponit
 Iam toties iterata Venus. Rhamnusia pœnas
 Exigit, alterius violata ob fœdera lecti.

Dina filia Iaco-
 bi Patriarchæ,
 à Sichæ constu-
 pratur. Gen. 34.

Si cuiquam vacet annales euoluere sacros,
 Inueniet, quo Dina modo stuprata Sichæo,
 Incestoque Thamar vexata à fratre pudica,

Thamar, à fra-
 tre cui nomen
 Amon deuirgi
 natur. 1. Reg. 13.
 Vxor Ieuites à
 Gabaonitis im-
 modica libidi-
 ne, & coitu ex-
 tinguitur lu-
 dic. 19.

Aut ea, cui cæcis furiis agitata iuuentus
 Eripuit vitam. Hoc saltem mihi dicere promptum,
 Indomitam Venerem lethalia pabula Marti
 Præbere, hincque feri stimulante libidine bellum:
 Bellum seuus amor gignit. Quid queritis vltra
 Semina seu segetem præsentis seditionis?

Peccatum om-
 niū malorum
 causa.

Ecce mali quantum, quantum fere vbiq;, dolorum,
 Colluue ex scelerum, ceu plena pullulat arca?
 Tolle scelus. peream, tuleris nisi numinis iram,
 Tum pestemque, famemq;, cathenatosque labores,
 Pallentes morbos, curas, ciuilia bella,
 Ac male conuersas in mutua viscera dextras:
 Iconas obtritas quid flemus, signaque diuūm
 Artifici fabricata manu? Cur structa vetusto
 Tempia dei saxo (infandum) fecisse ruinam
 Impulsa ingentem? veluti cum sternitur arbor,
 Quam circum agricolæ summa nituntur opum vi,
 Vndique collecti certatim excindere ferro:

Abla-

Ablaqueant alij nexus radicis. At isti
 Agglomerant ictus validos : sonat acta bipennis
 Vulneribus crebris ; iam pene euicta fatiscit
 Obluctata diu, quam tot labentibus annis
 Aeolus oppugnat, cæco de carcere ventos
 In pugnam laxans properos: nunc seuus Iapyx
 Occiduis regnis surgens, nunc Eurus Eois
 Inuadunt, (nam regia iussa faceffere tutum)
 Segnius haud pluuiique Noti, Boreaque minacis
 Flamina luctantur, sceleratum euertere lignum
 Sed nequeunt: tandē agricolæ velut agmine facto
 Accurrunt, iuuenumque manus coit omnis in vnū,
 Et quercum annosam, pallentem morte futura
 (Feruēt opus) simul impellunt: tonat omne fragore
 Cælum, vocalisque sonat de montibus Echo.
 Haud secus in Belgis prima de face virorum
 Nonnulli (ô mores, ô tempora dura) sinistro,
 Nescio quo, genio suadente, immanibus ausis,
 Aggressi ingentes moles, ingentia saxa,
 Subruere in templis turritis, atque colossos
 Stelligerum summo ferientes vertice Olympum;
 Aurea dimotis sternunt laquearia tignis.
 Pictis nullus honor tabulis, sunt vilia diuūm
 Signa, sine pretio statuæ. Non maxime Apelles,
 Non tu Praxiteles, vestræ miracula dextræ
 Seruassetis; erat tantus furor impiè agendi.
 Marmora Lysippi crepuere, & signa Myronis,
 Et quicquid lapide in pario fixere deorum

Aeolus fingitur
 à Poetis Rex vé-
 torum.

Impius icono-
 clastarū, ac se-
 ctariorū cona-
 tus, in violadis
 sacris, atq; dei-
 ciendis diuorū
 imaginibus.

Insignes picto-
 res & statuarij.

C

Plastæ

Plastræ. Tum suffixa tholo donaria plebis
 Sublimi diuulsa ruunt, pariesque tapetis
 Nudatus gemuit, gemuere altaria flammis
 Denudata suis. Nabathæi thuris odores
 Quid memorē effusos, calicesq; cruceq; & acer-
 Fractas, ac pede calcatas? fabrefacta renidēt (ras
 Sparsa orichalca solo, ac hominū simulachra piorū
 Nec fregisse satis, petulans conuicia lingua
 Occipite & sannas distorto fundit amaras.
 Quin corrugato per tot diēteria naso
 Signa deūm, & veteres tabule ridentur, vt altis
 Arboribus non tot feriantur Iapyge flores
 Decidui: vix tot Boreasūe, Notusūe gelatas
 Riphæo de monte niues iaculentur oborti.
 Non pudet immeritos seuis proscindere Diuos
 Lædoriis? Leue id esse putas, culpaque vacare,
 Plaustra quod exoneres dentatis plena cauillis
 Virginis in Mariæ effigiem? Iam plurimi Iesu,
 Plurimi apostolici statuas, & signa senatus
 Subsannant, tam ceca animos insedit Erinnyis.

Cōuicia & san-
 næ Iconoclasta-
 tū, in diuos, eo-
 rumq; imagi-
 nes.

Graphicè depin-
 gitur augustif-
 simi cuiusdam
 templi ruina,
 ac incredibilis
 deuastatio.

TEMPLVM erat augustū signis, & diuite
 In quo marmoreæ attollebant tecta colūne, (cultu,
 Vndique fulgebant rerum miracula. leua
 Parte noui testamenti, dextraque vetusti,
 Diuorum stabant formæ; quas impetus omneis
 Abstulit, & fractas prisca videre dolentes
 Cultores fidei, vario clamore fremebant,
 Ciuilemque viri Martem, iuuenesque ciebant,

Nonnulli

Nonnulli ferrum stringunt: pars plurima contis
 Vitur oblongis: placuit vibrare secures
 Nonnullis: alij fustes, aut saxa ferebant.
 Irrumpunt aditus clausos, postesque trementes
 Cardine conuellunt motos, patefacta bipenni
 Ostia findentes: signis postrema sacerdos
 Oscula dat mœstus perituris, sacra prophanis
 Dirumpi manibus, lachrymis testatus obortis.
 Interea mœstæ stabant longo ordine matres,
 Decrepitiq̄ue senes, ferientes pectora palmis.
 Quid faciant? pugnent? vires in corpore frigent
 Effœto, senioq̄ue riget pia dextera: tantum
 Conuersi ad Christum, tutelaresque penates
 Auxilium sacris poscunt: tunc parte sinistra
 Delubri, tabulas pendentes, fixa q̄ue signa
 Auellunt prauiq̄ue viri, iuuenesq̄ue petulci.
 Protomache haud tua nos Stephane, aiunt, saxea
 Terret, Laurēti neq; nos tua cratis athena (grādo
 Flammiuomis prunis, & largo tincta cruore:
 His debacchantur dictis: quid statis inepti?
 Huc ruite, huc cerebri liquidas vomuisse medullas
 Vos teneri videant pueri, compta q̄ue puellæ.
 Osse pauimentum fracto, vndantiq̄ue cruore
 Pingatur: moriatur vterque in imagine muta
 Nunc iterum. heus pueri idolorum membra duorū
 Tollite humo, tum fumosis torrete caminis,
 Martyrij renouate iterum tormenta prioris.
 Ecquid cessatis? vibrantibus acta lacertis

Piorum, ob tē-
 pli ruinam, do-
 lor.

S. Stephanus &
 Laurentius in
 imaginibus ri-
 dentur.

In diui Georgij
statuã dictoria
iactant.

Diui Christo-
phori statuam
denciãt factio-
si, quem Poly-
phemũ appel-
lant.

Diux Vrsulæ i-
maginem, quæ
præcipuo ho-
nore colitur
Coloniæ, irri-
dent, quam ob
assecras virgi-
nes, Nioben vo-
cant.

Carmen in di-
uam Vrsulam,
parietiaffixum.

Saxea grando volet. Sed & ille Georgius alto
Deturbandus equo. Quid enim? Dic quãdo caballũ
Incendit Christus spumantem? Tunc magistro
Vel melior, vel maior eris? Sed quæso quis ille
Immanis Cyclops, qui tanto robore gressum
Fluctiuagus firmat, prælustriaq; atria templi
Tutatur? (vah monstrum horrendũ) ferte rudẽtes,
Fumibus omiſſis, quateretur funibus illa *
Nequicquam moles, validis incumbite nervis.
Nunc Polypheme iaces pueris metuende tenellis:
Ecce nouas ruptus paries depromere formas
Incipit, hem monstri simile est, pars maxima telis
Confixa: hem Niobes redeunt spectacula matris:
An volucris traiecit arundine corpora Phœbus
Ista? Sagittiferæ vel sunt hæc facta Dianæ?
Verũ aliud clamant apices in marmore sculpti:
Quis leget hos? Nemo? Pueri heus recitate fideles,
Quid sibi scripta velint tot carmina. Dicite clare:
Vrsula virginibus quondam prælata Britannis
(Sua sit iter pietas) dans Rheno vela secundo
Piscosis comites, vitamque reliquit in vndis,
Fatigerum Geticis telum spargentibus Hunnis.
Vix puer hæc notis oculis percurrit, & ore
Deprompsit, studiis subito cùm percita seuis
Turba ruit. Quicquid fuerat iaculabile, telum
Ira facit: rigidi silices, & saxa volabant.
Omnibus ardor erat, sculptos confundere vultus:
Vrsula, clamabant, teneras hinc tolle cohortes

Colle-

Collectis vasis, nec non mundo muliebri:

Id volumus, volumus. Quid restas? Accipe porro

Hoc saxum: veteris statu.e nam fortè iacebat

Fragmen humi, signoque dato clamore sequuntur

Mox alij, coeptisque fauent. Quis cetera nescit?

Haud prius absistunt, series quàm tota fatiscat

Communi violata manu. Nunc dextera phani

Dicatur; veteris sunt hic miracula legis:

Vescitur Adamus vetitis, germanus Abelem

Vi superat, fratrem frater. Temone Nohæus

Dirigit immensam diuersa per æquora puppim.

Quid Babylona canam, vano molimine coeptam?

Mente pares superis defæcata Patriarchas

Prætereo, & magni leges, arcanaque sacra

Moseos in tabulis digito conscripta Tonantis.

Mitto triumphatos reges, deletaque Iesu

Castra duci, Davidis, Sampsonisque trophæa.

Mitto Helia rutilam flamma lambente quadrigã,

Sanaque Namanni posita prurigine in vndis

Membra Syri, Ionamque oblongo corpore ceti

Innantem pelago. Generosos mittit ephæbos

Musa loqui, quos torreri fornace tyrannus

Iussit Achæmenius, sacra inconcessa negantes

Vlla sequi, aut mutis statuis imponere honorem.

Niliacas acies Pharij memorabo tyranni,

Terribiles equitum turmas, atque ære cohortes

Fulgentes vario dextra de parte colore:

Omnia que ad viuum quondam depicta, videri

Dexterum tem-
pli latus nunc
describitur,
quod habuit
historias vete-
ris testamenti,
Genesis 3.
Genesis 4.

Genes. 7.

Gen. 11.

Exodi 31.

Iosua 12.

Iudic. 14. & 15.

4. Reg. 2.

4. Reg. 5.

Ionæ 2.

Danielis 3.

Exodi 14.

Multis versi-
bus graphice
ostèditur Pha-
raonis ac co-
piarũ omniũ,
quas eduxit cõ-
tra Israelem, in-
teritus.

C 3

Nulli

Nulli non poterant. Nostro sit gratia versu
 Summa licet, qualisue Andino vena Maroni,
 Aut qualem clarus Colophonis habebat alumnus:
 Non tamen illecebras possem, venereſque decentes
 Picturæque decus, fluido comprehendere versu.
 Non si Pegasides complerent ora liquore,
 Noſtra caballino, non si Tritonia Pallas
 Afflaret numeris. nimirum ſingula dicas
 Viuere, depictis tanta eſt præſtantia formis.

Mofes dux Iſra-
 elitici exercitus
 exciccatur mare
 ingreditur.

Neptuni, quem
 Poëta deum
 maris fingunt,
 ingens trepida-
 tio.

Oratio Neptu-
 ni.

Ingreditur pelagus Moſes, quem pone ſequuntur
 (Præcipiente Deo) bis ſenis agmina ſignis

Numine tuta dei, quoniam freta cœrula ventus
 Verrebat ſiccus: cùm mox caput extulit vndis

Neptunius, ſtupuitque ſuo ſine numine fluctus

Arceri, medioque pedes in gurgite ſiccus

Aeſtuat, & tumido frendens vomit ore procellas.

Ite mei, dixit, fluctus; conuoluite cacis

Vorticibus ſcleratam aciem: properate miniſtri

Cymothoë, Triton, Nereu, tum cetera ponti

Numina, contempto Regi ſuccurrite veſtro,

Et coniuratis communes viribus hoſtes

Colluuiem Aegypto profugam, demergite noſtris

Auſpiciis, dixit, Cùm mox commota ſonabant

Stagna reſuſa vadis, Erythraëaque littora curuo

Anfractu reſponſabant. Riſiſſe tonantem

Ridiculos fama eſt diuos, qui nube ſerena

Proſpectans, motas tonitru perterruit vndas

Vno equidem, ſed quo nullum præſentius vnquam

Intorſit

Intorsit, quo mox thalamis se condidit vdis
 Neptunus, ventique cauas petiere cauernas
 Nereidum chorus, à longè specular euntes,
 Miraturque viros, siccis insistere plantis
 Ipse pater Nilus, viridi circumdatus vlua
 Turbatas miratur aquas, Mosenque, ducesque
 Fidentes animi, crudumque instare tyrannum
 Aegypti, retrahat refugos, solitoque labore
 Aut premat, aut certa cogat succumbere morti,
 Vrget sanguineus Pharao, gemmataque sceptrâ
 Concutiens, acuit Martem, mentesque suorum
 Attonitas monstris reficit, (nam monstra timebât
 Insolita in mediis vndis, retroque reuerti
 Impetus vnus erat:) gliscit violentia regis.
 Ecquis erit mecum, iuuenum fidiſſima, dixit,
 Pectora, qui refugos fluctus, ac equora calcet:
 Qua manus illa virum fugientum tendit aperto
 Calle? quis erectas leua dextraque procellas
 Confidens videat mecum, postremaque carpat
 Agmina seruorum ferro? Vix talia fatus,
 Quadrupedem admisis deflexit in equor habenis.
 Cætera consequitur pubes, laterique tyranni
 Agglomerant alacres se, confertæque phalanges
 Hostibus obtritis, tumulos inuadere ripe
 Oppositæ certant nequicquam: nam Deus obstat
 Maior, & infensæ fatalia stamina Parca.
 Quin etiam Moses dextram conuertit ouantem,
 Mirificoque nouoque afflatus numine, virga

Fuga Neptuni.

Oratio Pharaonis,
ad exercitum

C 4 Percu-

Perculit horrissoni sinuosa volumina ponti:
 Mira canam: redeunt iterum liquidæque procellæ,
 Et prius immoti noua tentant prælia fluctus:
 Assilit Auster aquis grauidus, Boreasq; , Notusq;
 Terribiles adsunt, crebraque aspergine nubes
 Attonitas lambunt, & fulgida sydera terrent:
 Inuoluunt refluxæ cæcis ambagibus vndæ
 Ductores peditum trepidos, equitumq; magistros:
 Obluctantur aquis frustra, cæcoque resistunt
 Marte viri (quis enim tam vasto gurgite sese
 Explicet, aut retro fugientia littora captet?)
 Ipse etiam infestis inter moribunda minatur
 Agmina Rex vndis, ac omnia numina ponti
 Seruitia implorat contra, votisque Serapim
 Sollicitat mugire suis. Nihil ille mouetur,
 Et dare responsum latrans consultus Anubis
 Abnegat. interea aduersis concurrere satis
 Se iuuenes sensere. Nec vsquam copia pugnae
 Vlla datur, nec spes littus tetigisse relictum.
 Horrendum inclamant medio discrimine, seque
 Incusant, quod ad arma vocantem iniusta Tyrannum
 Audierint: densi cunei soluuntur, & altis
 Vorticibus rapitur miles, gladiique minaces
 Cum frenis, phaleræ, clypeiq; & naufraga tela
 Purpureis voluuntur aquis, galeæque coruscæ.
 Falcatos videas currusque, rotasque volucres,
 Et Pelusiaca mergi vaga corpora gentis.
 Signa etiam cernas toto fluitantia ponto,

Desperatio mi-
litum

Quæq;

Quaeq; prius Boreas, nūc verberat vuida Tethys,
 Vuida purpureos crines: madefacta rotantur
 Lintea ventosis inscripta draconibus, atque
 Iside, Niliacisque ingenti mole colubris
 Aut aliis diuis infamibus. Aequora voluunt
 Saturnos, Martes, Iunones & Cythereas.
 Vorticibus vexilla natant. Quis singula fando
 Explicet, aut varias lethi percurrere formas
 Sufficiat? tristes quis tot demissa sub umbras
 Corpora? Semianimis rubras pede verberat undas
 Regis equus, frustra nitens perrumpere fluctus
 Oppositos, rigidos cui Rex calcaribus armos
 Sudantes pungit, largoque cruore procellas
 Inficit. Ast alij procures plerique caballis
 Excussi, voluuntur aquis, optantque natando
 (Si qua fata sinant) iterum se reddere terrae.
 Hic cumulaturum largis altaria donis
 Aut Apis tua, vel tua se promittit Anubis.
 Hic magis Isiacam venerari munere leuam
 Consultum putat. aut Boream placare furentem,
 Aut alios ventos. Et erant quibus ambitiosis
 Ipse petebatur votis Neptunus; honores
 Promittunt alij meritos Hyemi, Zephyrisque.
 Sed nihil hic promissus honor, seu vota, precesque
 Efficiunt. Sed nec decretam auertere pestem
 Elicitam vario scelere, & crudelibus ausis
 Haec possunt. Decimae tandem ruit impetus undae
 Ingentes voluens fluctus, quibus obrutus omnis

Vota inania in
 mari periclitā-
 tium.

Decumanus
 fluctus pericu-
 losus.

C 5

Cum

Epiphonema.

Elegās & aperta
descriptio
crucis.

Cum duce magnanimo, variis exercitus armis
 Funditus interiit, contempto numine. Tantum
 Crimen habet lesisse viros, quibus aureus æther
 Monstratis fauit flammis, vastoque repulso
 Aequore, traduxit letum pœana canentes.
 Hanc itaque historiam furiata mente iuuentus
 Expunxit facinus memorabile: sera nepotum
 Posteritas fieri quod vix potuisse putabit:
 Scilicet euertit dirus breuis impetus horæ
 Multa dies, variusque labor, molimine summo
 Quod vix perfecit. Breuiter nunc cetera versu
 Prosequar, & crucis argentoque, auroque; coruscæ,
 Vndique chrysolitis, aliisque ex ordine gemmis
 Appositis, referam decus ingens. Ambitiosæ
 Hanc quondam struxere viri, queis iugera mille,
 Et fuerant fului queis mille talenta metalli.
 Sed queis maior erat (qua sydera sola petebant)
 Vera animi pietas, flauo pretiosior auro,
 Maxima pro magno hi soliti dispendia lucro
 Ducere, si sacris statuissent pegmata phanis.
 In cruce formatus pario de marmore Christus
 Pendebat: totis iurasses viuere membris:
 Nil nisi vulnus erat nitidus lapis vndique manās
 Sanguine largifluo: apparent in pectore fibrae,
 Vt numerare queas: salientia viscera posses
 Perspicere, & trepidas liuenti in corpore venas.
 Quid tensos referam nervos, luxataque membra,
 Sentigerumque caput, roseum sudare liquorem?

Singula

Singula quid referam? viuebant singula: tantus
 Artis honos; dicas in imagine viuere Christum.
 Hæc stabat summo altari, quam gemmea circum
 Aurea que appendit donaria plurima vulgus.
 Quin etiam fotis sæbo, ceraue lucernis
 Omnia collucent templi penetralia, voti
 Huc reus, è sicco delectas littore conchas
 Nauta tulit, rapidis iam nuper saluus ab undis.
 Hic quoque mercator, sæuis exercitus austris,
 Dum rate sulcat aquas, quo lucrum portet amare,
 Vota facit: Miles dum ferrum stringit in hostem,
 Crux mihi diua faue clamat, statuamque trophæa
 Sit nostro aduersum corpus lacerabile telo:
 Sic tibi nempe mea cedit pars maxima prædæ.
 A cruce, formosum nuptura puella maritum
 Et bene nummatum sibi postulat: altera nixus
 Perfaciles: bellos catulos sibi tertia querit.
 Nec poscunt gratis: nam se debere fatentur
 Plurima, si votis prona deus annuat aure.
 Hæc dabit armillam, bacchatum ast illa monile,
 Tertia bracteolis ex auro, lanceolisque
 Distinctam, & tyrio bis tinctam murice vestem.
 Vota placent superis. pulchrum capit ista maritum:
 Illa capit facilem partum: sed tertia prole
 Formosa gaudet. sed num virtute alabastri
 Vel crucis? haud quaquam. quid enim virtutis in
 In cruce suffixus solus pia vota, precesq; (istis?
 Accipit orantum, seseque in imagine tali

Nautæ, merca-
 tores, milites,
 & cæterū vul-
 gus, vota facit
 cruci.

Gau-

Crucis enco-
mium.

Nomina Ico-
noclastarum.

Gaudet adorari, dispensans iusta precatis
 Dona manu larga: Cruce frontem inscribite dia,
 Et memori claros animo versate triumphos,
 Quotquot ab aeterni probroso funere Regis
 Vitam inuenistis, Stygius si sibilet anguis
 Ore ferox, spirisque ligare ingentibus optet;
 Hunc cruce, ceu duro diffracto fuste cerebro
 Pellite. Sed quò Musa ruis? Consiste notatis
 In spatiis, & pande crucem quis fregerit illam,
 Quam modo conspicuã gemmis, auroq; canebas.
 Hanc Promachus primũ proptus linguaq; manuq;
 Inuasit summa cupiens auellere ab ara;
 Aeditui tamen obstabant, rerumque magistri
 Sacrarum. Sed vbi Tolmus nebulone parente
 Et preceps animi Lastaurus amore puellæ
 Perditus impuræ: tum verres, sacrilegusque
 Pantolabus, populi f. ex, cum lenone Phileno;
 Cui scabie nasus fruticat, prurigine corpus;
 Coniungere simul vires: iam plebe sequente
 Diffugiunt trepidi ediles, pavidusque sacerdos.
 Crux rutulis subito gemmis nudatur, & auro.
 At Christi effigiem pario de marmore ductam,
 Heu bene consputam (referens horresco, tremuntq;
 Membra mihi) pedibus calcant prius: inde cauillis
 Incessunt. stupuere homines, & conscius ether
 Horruit, auricomasque faces fuligine Titan
 Obscura tinxit. Miseri caligo futuri
 Quanta ligat mentes, & quanta obsedit Erinnyis?

Tempus

Tempus erit, breuibus voluendum mensibus, istud
 Cùm spoliū, fractamq̄ue crucem, lucemq̄; perosi
 Presentem, nigro signabitis acta lapillo
 Vestra. Sed hæc vobis ita sunt velata, videri
 Vt nequeant noscenda semel: tum denique, quando
 Millibus in medijs, Rex diuūm cura Philippus
 Hispano sublimis equo, Flandrensibus aruis
 Inferet armatas acies; queis templa Deosq̄ue
 Afferet, & motis iam fundamenta sacellis
 Iam propior nobis ponet, fideique repulsæ
 Magnanimus vindex, & religionis auitæ.
 Hoc Caroli manes, hoc maximus Aemilianus,
 Otthonumq̄ue genus velit, hoc Alphonsus Iberæ
 Gentis honos quondam: tum splendida Ferdinãdi
 Nomina gaudebunt, serum asseruisse nepotem
 Sacra, deosq̄ue manu, populari lesa tumultu,
 Templa quoque erectis iterum instaurasse figuris.
 Sed quæ turbatis vos tanta licentia rebus
 Transuersos rapit? Ah pudeat venerabile lignum
 Imposito pulsasse pede, in quo noxia ligni
 Extinxit vetiti miserans contagia Christus.
 Sit pudor, hanc aram manibus temerasse nefandis,
 Qua sibi vulneribus tantis, animaq̄ue litandum
 Esse putat Christus. Crux est tutela reorum:
 Crux animi grauius languentis certa medela,
 Præsidium afflictis, iactatis anchora, lassis
 Exoptata quies; pelago si naufragus erres,
 Portus, & affectis statio bene fida carinis:

Coniurati tan-
 de, vbi Rex Hi-
 spaniæ in Bel-
 gium venerit,
 damnabūt suã
 vesaniam.

Singulare cru-
 cis encomium.

Flammiuo-

4.Reg.2. *Flammiuomis quadriga rotis si sydera queras,
 Est Elia: tentare vadum fluctusque profundos*
 Genes. 28. *Cogeris, est firmus baculus Patriarchæ Iacobi.*
 1.Reg.17. *Perfidus insultat Cacodæmon, funda beati
 Davidis fuerit. si te sitis vrgeat, ista*
 Exod. 17. *Fac petram cedas virga: nam petra salubris
 Est Christus, qui purpureum per quinque meatus
 Distillat rorem. Breuiter, mihi dicere promptum,
 Hoc lignum fontem esse boni, veræque salutis.
 Quo magis admiror, tenebris obnoxia cæcis
 Pectora, saluificæ crucis inclita signa nefando
 Contemerare ausu, cum se fateantur habere,
 Quicquid habent, crucis è meritis ingentibus. Ergo
 Quàm fuerat satius, quantoque modestius, ipsum
 Ob Christum, bene si Christi coleretur imago
 Cum cruce: nam veterum concors sententia Patrum
 Hoc docet, hoc Nicæna fides, synodusque secunda.*
 Apostrophe in *Dicite Stauromachi, rabido gens cæca furore,
 crucis aduersa-
 rios. Ecquid erit vobis animi, crux aurea celo*
 Math. 24. *Cum radios sparget Phæbæa lampade maior?
 Cùm dabit exitio cultum mortalibus ægris
 Vna dies mundum, cum lumine vestiet æther
 Purpureo faustas animas, Iudexque supernè
 Despiciet sublimis oues, dextraque benignus
 Constituet cruce signatas, tumidasque sinistra:
 Has, quibus æternæ virtutis viluit arbor.
 Hæcine cum vestro pepigistis fœdera Rege?
 Hæc vltro citroque fides data? Dicite porrò*

Stauro-

Stauromachi, causam dicturi Iudice coram
 Omniscio, quibus aut verbis, aut ore negare
 Possitis tam grande nefas, ubi conscius æther
 Ostendet vobis, contempta insignia Regis,
 Regis, cui quondam loti lustralibus undis,
 In lucem fusi, nomenque fidemque dedistis?
 Quis pudor, & quæ tunc prauæ mala tormina mē-
 Quisue vlulatus erit, stygiis frēdētibus vrsis (tis
 In prædam? Desperati clamabitis vno
 Ore omnes: Miseri, vsuram qui luminis vnquam Oratio misera-
bilis dānādorū.
 Cœpimus: O montes grandem peruoluite molem
 In nos, O vtinam speluncis abderet atris
 Nos aliquis genius: cæli conuexa tueri
 Dispudet. ah crucis, ah nimium venerabile lignum, Lucæ 23.
Apocal. 6.
 Ah quoties miseri te blasphemauimus, eheu
 Saluificum nobis signum, nisi læua fuisset
 Mens, si non toties iteratæ lumina culpæ
 Clausissent: vtinam se nobis chasmate tellus
 Diuidat immani, aut scelerum conspēctor Olympus
 Fulgure consumat, nomenque silentibus vmbri
 Misceat (vt dignum est) nostrum, ne Iudicis ora
 Offensi videamus: nam ter funera mille Apoc. 6.
 Ferre lubet potius, tam trux est vultus in hœdos
 Illius. Ast huius miracula cætera templi
 Vatibus afflatis maiori numine, linquo,
 Et maiore tuba, & grauiore sonanda cothurno.
 Hoc solum didicisse velim, quid distet equili
 Aut stabulo templum, deiectis vndique signis
 Nuda- Templum vix
differt, à stabu-
lo, si imagines
& statuæ aufe-
rantur.

Nudatum? Quod haræ dederis discrimen & aræ,
 Vtraque si immundis siliquisque fimoq; repleta?
 Si nullum discrimen, age affer ephippia, sellam,
 Ac phaleras, & frena vdis rorantia spumis,
 Adde simul largo calcaria sanguine tincta.
 Nam si numen abest, habeant sacraria sordes,
 Sordida sit medio pecoris stabulatio templo.
 Mandat equus fractis paleas altaribus, & sus
 Inferat orbatis olida excrementa sacellis.
 Sed respondebunt, quotquot cane peius & angue
 Oderunt tabulas Diuum, cæлатаque signa:
 Non ferimus, cæcis coram procumbere truncis
 Cæcotos homines, Nabathæaque thura cremare
 Poplite succiduo. Quis enim ferat? Altera ligni
 Pars huius combusta foco, pars tertia sedem
 Latrinæ fecit, diui pars prima figuram.
 Cur hæc numen habet pars, cur nil numinis illæ;
 Cùm tamen ex vno pariter sint omnia trunco?
 Accipe discrimen: Rapidis pars tradita flammis;
 Et quæ, ventris onus suscepit aperta grauati,
 Numen habent nullum: sed quæ fabricata verè dos
 Exprimit ad viuum Diuos, temploque locatur
 Aptæ coli, non ipsa quidem, nisi numinis ergo
 Quod signat, sed dum sylua stetit arbor opaca,
 Nil habuit sacri. Mihi respondete roganti,
 Si quisquam votireus, aurea vasa dicarit
 Templo, nonne sacrum sibi præbita munera templi
 Sanctificat? sic Christus ait, sic dicimus ipsi

Math. 23.

Intre-

Intrepide, Cur non igitur veneremur honore
 Sacratissia pia signa locis, pia signa virorum?
 Olim truncus erant, vel nux, vel robur acernum,
 Artificis nunc arte nitent; atque eade recepta
 Nomen habent, quod rite colas, veneratus eorum
 Archetypum. Culpant alii pretiosa metalla.
 Cur micat argento Paulus? cur gemmeus astat
 Petrus? et Andrea fuluo commissa metallo
 Cur nitet effigies? cur marmore forma Philippi
 Emicat e Pario? quorsum tam prodiga rerum
 Luxuries, cum viua situ, macieque fameque
 Tempia intabescant Christi? cur non magis auro
 Pauperiem redimis fratris? cur algida saxa
 Vestibus exornas, dum fratris obambulat vxor
 Nuda genu, moerens, & siccis nuda capillis?
 His aio. Virtus inopi succurrere fratri
 Ac elargiri vestes, ne frigeat vxor.
 Sed neque laude vacat, diuim sacraria cultu
 Exornasse nouo, pretiosum marmor & aurum,
 Infecti, factique argenti pondus, & ostrum
 Exhibuisse deum templis, quo signa piorum
 Et statuæ rutilent. Quis talia pectora demens
 Suggillet deuota deo? Salomonis eburnum
 Respicite ad solium, bis sex insigne leonum
 Formis, quas puro quondam conflauerat auro.
 Roma foro statuas bis senas martia quondam
 Auratas posuit, totidem monumenta Deorum;
 Et nunc crimen erit, quos Christus legit alumnos

Sectariorum ze-
 lus siue scientia
 quo damnant
 omnem teplo-
 rum ornatum.

3. Reg. 10.
 2. Paralip. 9.

Marcus Varro
 lib. 1. de re ru-
 stica.

D

Bis

Argumentum
cōtra imaginū
cultum
Exod. 20.
Deutero. 4.

Siquicquid
imagine insigni-
tūm est, id sta-
tim frangi, aut
perdi oporteat:
ergo signata pe-
cunia, & nūmi
abiici debent.

Quales imagi-
nes in templis,
ac sacris locis
statui deceat.

Bis senos, rutilis ornari in imagine gemmis?

Dixerit hic aliquis: vetuit lex sculptile fingi.

Haud nego: nā veterū vetuit simulachra Deorū,

Signaque sparsa polo, magnaeque animalia terræ

Sculpi, vt adorentur. sed quis tam mentis ineptæ,

Tam cæcus, qui cuncta volet simulachra vereri?

Stant Satyri templo: prægrandia pondera fulcit

Impostasque trabes Athlas, stat culmine gallus

Turribus aëreis, agitatae æthere nubes

Diffidens rostro. Num talia stultus adores,

Cum nihil hæc sancti referant? Si tanta libido

Est, sine delectu pictos confringere vuluis,

Oraque maiorum, argento conlata vel auro,

Quaeque ætas melior posuit, regesque priores

Iniecta violare manu, vel adurere flammis:

Corripe turgidulam nummo splendente crumenam,

Et quot imaginibus signata numismata claudit,

Tot quoque trade focis: pereant idola, vel auro

Argentoque notata pecunia, teque crumenis

Ferre idola tuis pudeat. quod si pudor absit

Huic factio, quis erit pudor, aut quod crimē, honestas

Effigies statui templis? habeatur honesti

In tabulis ratio, Mariam picturus ad vnguem

Euitet prudens, Ephyræ Laidos ora,

Thaidos illecebras, oculos, crinesque retortos,

Nec Læde pectus, nec candida colla Lacenæ

Affectet. Sed cum sit vitæ norma pudicæ

Hæc virgo, archetypo similis pingatur imago:

Ilicet

Ilicet inficitur signis spectator, honesti
 Si finemque modumque excedant. Pingitur Agnes
 Aut Tecla facies, Catinae vel gloria quondam
 Lucia, seruetur laudata modestia, ne qua
 Sollicitent animum illecebra, virusque profundo
 Pectore conceptum, vitiis alimenta ministrat.
 Sponte sua seruet satis, ebullitque libido
 Lasciuæ carnis, stimulos ne suggere pictor.
 Subtrahere ligna foco, potius fac scandalon absit,
 Ne pueri, teneraque ruant, te auihore, puella.
 Casta decent superos, castè sacraria Christi
 Ornentur. signis mater Dionæa colatur
 Impuris, Danaë fuso delusa metallo
 Pingatur, nantique sedens Europa iuueno
 Attonitæ similis. petulans regina Canopi
 Aurea stet Veneris templo, stet eburnea lana
 Tyndaris, ac huius mater compressa sub alis
 A Ioue olorinis, medio stet gemmea templo.
 Nunc quid mentis habet sanæ, quid frontis honestæ?
 Hæc qui probra locat sacris altaribus: hoc est,
 Cum Veneris nato Christum, cum demone numen:
 Putidulum statuens Maria cum virgine scortum?
 Signa parant animos iuuenum fabrefacta decenter
 Virtuti, nam dum plures cumulantur honores,
 Dum vulgus, procereque colunt simulachra piorum,
 Conspiciunt iuuenes; mens omnibus vna sequendi
 Surgit, & increscunt iuuenili pectore flammæ:
 Mox ubi martyribus titulos, statuasque repostas

In impurissime
 Veneris templo,
 impurari puellarum
 imagines, aut historie
 colari possunt
 quales erant, Danae,
 Europa, Cleopatra, Helena,
 ac Læda. Sed in Christi
 templo omnia
 casta esse decet.

Imagines Diuorum
 accendunt iuuenum
 animos ad virtutem.

Ob meritum cernunt, crudis obstare tyrannis
 Exemplo discunt paulatim, seque beatos
 Clamant, si viridem multo cum sanguine vitam
 Ponere pro Christo liceat, duosque labores
 Carpere. Conspecta si crescit imagine virtus,
 Quis furor erectas phanis turbasse figuras?
 Quin Lacedæmonij (si fama est vera) mariti
 Coniugibus grauida quondam prægnantibus aluo
 Vndique præstantes intra penetralia formas
 Pinxerunt, in quas vigilem defigere vultum
 Vxores iussere suas; quo nempe venustam
 Et pulchram parerent sobolem, assimilemque figuris
 Conspectis: iuxtaque suos statuere penates
 Nirea, Narcissum, Zephyrique; furore Hyacinthum
 Eneclum disco, formosaque Apollinis ora
 Laurigeri, Bacchumque; sequax cui tempora lambit
 Frons hederae, & iunctos (nunc fulgida sidera) fratres
 Tyndaridas. forma præstanti mitto puellas.

Hæc de Lacedæ-
 moniis scribit
 Oppianus lib. 1.

Salust. in bello
 Iugurthino.

Sic quoque Romulidæ, Fabij, Curijque seueri
 Scipiadamque genus, magnas sibi pectore flamas
 Gliscere narrabant, maiorum quando suorum
 Effigies videre, nec has potuisse receptas
 Sedari, donec virtutem, & fortia facta
 Iam fere adæquassent, nomenque immune senectæ
 Quæsissent: ita maiores ætate priori
 Christigenæ, tabulas sacras, monumenta piorum
 In domibus posuere suis, temploque locarunt;
 Talibus ut signis moniti, pulcherrima nixu

Arca.

Arcano parerent sibi pignora, nempe venustas
 Virtutis varias species, mentisque decorem.
 Sunt quibus in stadio Veneris currentibus, ora
 Et faciem pulchræ placuit depingere Amicæ.
 Ante oculos hæc arcano suspensa cubili
 Ut refricet notam labentem pectore formam,
 Iussit amor. Placito quis enim bene pugnet amori?
 Et dabitur probro, si relligiosus amore
 Persancto, Mariæ sacra veneretur in æde
 Siue domi effigiem? secto formata elephanto
 Cæciliæ si Romana, vel nobilis Hagnæ
 Pendeat effigies illi in penetralibus? Ergo
 Inculpatus amor tabulas, & signa piorum
 Erigit, & plenis adolet submissus acerris.
 Quo ruis impietas igitur? cur cæca futuri
 Alectoüs cornu inspiras, ut inertia corda
 Et resides cieas animos, populumque quietum
 In Diuos capere arma manu, diuumque figuras?
 Fortiter, hem perfortiter. Immortalibus audent
 Bella mouere viri mortales. Quæso quid istud?
 Non responsuris conuicia dicere diuis
 Perfacile, & sensu formas vitaque carentes
 Districto ferro, missisque laceffere telis.
 Ast vbi vera vocant, dubij discrimina Martis
 Ferrateque manus, & pila minantia pilis
 Stant contra, slictuque sonant galeæque coruscæ
 Scutaque; continuo tum oblato vera periculo
 Conspicitur virtus. Sed quænam gloria ligno

Quibus com-
 mentis periti
 iuueves, sibi ip-
 sis animum ac-
 cendant atque
 extimulent ad
 Venerem.

Ironia.

Facile est ima-
 gines sensu ca-
 rentes expug-
 nare.

Conseruisse manum cum muto, cumque figuris
 Marmoreis certasse, quibus referire potestas
 Nulla? Sed heus tu qui magno vel maior Achylle
 Censeri cupis, aut seuo domitore ferarum
 Amphitryoniade, quod paucula vascula puri
 Fregeris argenti, celataque signa metallo,
 Quod picturatas auri subtegmine vestes
 Ruperis, aut templum fuluo expilaueris auro,
 Sacrilega metuende manu: fac collige robur,
 Et si quid virtute vales animoque feroci,
 Exporgas: hostes si desint, aspice Turcas,

Si cupiant Ico-
 noclax edere
 suæ virtutis spe-
 cimen, arma in
 Turcas mo-
 ueant.

Horrida Cappadoces lunatis agmina peltis,
 Agmina quod nunquam profudit Bistonis ora,
 Huc vires, huc verte animos, pestemque propin-
 quam

Hungaricis auerte viris, tristemque Viennam
 Riphæis defende Getis. Cessamus inertes?
 Perdidimus claram Rhodon, & Byzantia rura,
 Ac Adrianopolim, Nicæam, & rubra Sinopes
 Mœnia, præcipiti que sitam sub monte Trapezum,
 Collipolin, tumidamque Ephesum Latoidos æde,
 Bellogradum sileo, Budæque recentia damna.
 Hei mihi, Christigenis quam claras hostis ademit,
 Dum stertunt, vrbes, dum seditione furentes
 Ciuili, condunt in mutua viscera ferrum.
 Heu duras cohibete manus, sat sanguinis haustum
 Cognati. Pudor heu proprios temerare penates.
 At si tantus amor rigido decernere ferro,

Instru-

Instructa Byzantia littora classe petantur.
 Vberior seges hinc laudis, meliorque triumphus
 Nascetur, quam si signorum quicquid ubique est
 Comminuas, quam si spolientur templa figuris.
 O Martis pulli, genus insuperabile bello,
 Quod mutos lapides, ligna & cariosa potestis
 Vincere, quod Pario sculptas è marmore moles
 Sedibus exturbare suis: Sampsonica certè
 Progenies. dubito celebrem quo carmine vestram
 Virtutem, numeros Clarius nisi donet Apollo.
 Vos cane conspecto, motæ vel arundinis umbra
 Diffugitis trepidi, tanta est ignavia, tantus
 Corde metus. sed cum diuorum signa velaras
 Conteritis, cedit vobis Tyrinthus heros.
 Aut Hector, facilis lucta est, ubi nemo repugnet.
 Ecce pavementum tremit, excelsæque columna,
 Atque peristylum, bifores cum cardine valvæ
 Vel leuiter cedunt impulse, limina, postes
 Nil obstant, quassata ruunt laquearia, & antes.
 O bellatores, in quos si pugio fustem
 Libret arundineum, aut lapidem muliercula iactet,
 Alatis fugitis pedibus: sed cætera fortes,
 Præsertim si nemo obstet, trepidusque sacerdos
 E templo se proripiat, mœstique ministri
 Aeditui, mystagogi, tum cætera turba,
 Et maneat solæ statuæ, solæque figuræ,
 Ac parius lapis, & sacer in penetralibus ignis,
 Fumanteisque foci, tum magnos cæreus ardens

Ironia.

Ante Deos, redolens quoque thuris acerra Sabæi.
 Sed cohibete manum, & mentis frenate furorem
 Dum licet, vlticis ne vos Rhamnusidis ira
 Opprimat, & stygiis plectendos misceat vmbriis.
 An impune ferent, cæli regione potitis
 Qui pugnare piis audent, & frangere signa
 Indigetum, simul & petulanti splene cachinnos
 Multiplicant? Quæso num vos læsere recepti
 Aethere, num terræ latebris penitusque cauernis
 Inclusi? Pupugit quis eorum scommate quenquam
 Dentato? Quis propter eos sua vulneca fleuit?
 Quis passus damnum? vel cui stuprata puella
 Est sua, pulsatusue cliens; quis coniuge rapta
 Insimulare potest diuos? Cane peius & angue
 Oderunt tamen innocuos (mirabile) quidam
 Vsq; adeo, vt potius tygrimq; , lupumq; , leonẽq;
 Aspiciant, pingique sinant, maculataue lyncum
 Corpora, quàm diuum effigies; (me iudice) digni
 Qui potius rabida mutent cum tygride formam,
 Quàm maneant homines, hirtasque libystidis vrsæ
 Exuias sumant. Quid enim? Cur dixeris istos
 Humanos, bene qui humanis de rebus abunde
 Oderunt meritos, & linguæ spiculo amara
 Configunt? licet Iliacas ex ordine pugnas,
 Ipsaque Threicij tentoria prodita Rhœsi
 Pingere, Marcelli, Marij, Scyllæque trophæa.
 Pingitur & domitor gentis Pompeius Eoæ
 Hesperiaque socer. Cur nunc de marmore vultus

Incredibile, &
 prodigiosum
 quorundã odiũ
 in diuos, qui ta-
 mẽ dũ in viuis
 essent, in nemi-
 nem fuerũt in-
 iurij, multo mi-
 nus post obitũ.

Cri-

Crimen erit diuos Diuūm producere, crimen
 Fingere caelestis regis bis mille petitem,
 Confossumque locis corpus, victriciaque arma
 Exitiosa stygi, vultus, oculosque pudicos
 Vel Mariae, vel Susannae? Dabiturque pudori,
 Aut vitio, pictum si nostra lararia Christum
 Aut habeant sculptum? Nunc facta leonis Isauri
 Impia mirari liceat, qui maximus olim
 Hostis erat Diuis, signorum quicquid vbiq̃ue
 Explodens templis. Saevissima belua seuis
 Dilanianda lupis, verisque leonibus esca
 Condignus fieri, sancta cum gente Deorum
 Bella geris? Diui (si ignoras) agmina Regis
 Sunt superi, sibi quos delegit gloria quorum
 Armaque sunt crux, vita mori pro religione:
 In te quid potuit Christus committere tantum,
 Illius, insensis animis, vt signa crucemque
 Auferres templis, & charo milite demens
 Exueres: citius delecto milite regem
 Exueres te terrenum, propriaque phalange.
 Tum quoque Apostolicam (si tantū metis Erinnyis
 Occupat, aut sensus stringit nox atra) cohortem
 Caelesti auferres Regi. Quid rudis inepte?
 I leo, purpureas tibi vestes scinde, priusquam
 Martyribus demas cultum, clarosque triumphos,
 Purpureaeue prius quam tollas mortis honores
 Promeritos. Ludosne putas oppedere diuis,
 Viuificaque cruci, sceleratam impingere calcem?

Leo Isauricus
 Imperator, cū
 in diuos esset
 iniurius, illorū
 imagines tem-
 plis exigi sta-
 tuit, ac confrin-
 git.
 Apostrophe in
 Leonem Impe-
 ratorem.

Diui sunt exer-
 citus & milites
 Christi

D 5

Non

Hebrz. 11.

Non equidem ligni tanto dignamur honore
 Naturam: sed eum, duro qui stipite fixus
 Oppetuit mortem. nam si natura colenda
 Sit rerum, totos lucos, & robora, montes
 Precipites etiam coleremus. Non ita sanè
 Desipimus, verùm vt quodã patriarcha verendus
 Iosephum in virga coluit, sic nos quoque Christum
 In cruce adoramus, nil ligno cedit honoris
 Eximij. Quod si quisquam mihi regia scripta
 Obsignata ferat, ceras, niueamque papyrum
 Osculor, haud chartam venerans, aut pressa sigilla;
 Sed Regem: sic caelestem visa cruce Regem
 In ligno amplector. Si ogganniat vnus & alter,
 Nil moror hos. mihi stat sententia fixa, (reclamet
 Censor Aristarchus licet, aut mea vota refellat
 Quæsitore Minos) me relligionis auitæ
 Seruantem esse iuuat. Tu, qui Mezentius esse
 Obstreperus Diuum osor amas, cur ipse Lutheri
 Saxonici effigiem tantum non stultus adoras?
 Cumque senex olido sculpatur Brentius ore,
 Cognomenque trahens nigra tellure Philippus,
 Quid vetat effigies temploûe domoûe locare
 Diuorum? E pileo tibi fulget imago Lutheri
 Pensilis, aut cupro formatus Brentius ille:
 Et mihi crimen erit, me censor inique reprehendes
 Icona quod Mariæ, magnorum & signa Deorum,
 Quos secum decimo Christus dignatur olympo,
 Adnectam collo, vel gestem pectora circum?

Haud

Mezentius con-
 temptor Deorū
 qui apud Virgi-
 lium ait lib. 10.
 Nec mortē hor-
 remus, nec di-
 uum parcimus
 vlli.

μελέτης χθον

An posuisse nefas casto veneranda cubili?
 Haud equidē reor. At nūc quisquā obiecerit hisce:
 Tollendæ effigies cunctæ, ne vulgus adoret
 Lubricus in vitium. Quid ad hæc ô Zoile reddis?
 Ergone tã presens habet omnis imago periculum,
 Ut fueris tetegisse nefas, oculisue notasse?
 Quin igitur tollas ex toto protinus orbe
 Ipsum hominem, quo non prestantior altera imago
 Esse potest. Rutilum demittat in inguina ferrum
 Filius, & rapido laceret te filia dente,
 Vel tibi tam bellos catulos, bellissima coniunx
 Quæ peperit, pulchram ne quisquam stultus adoret,
 Occidat illa tuis manibus. quin quotquot ubique
 Sunt homines, pereant. Ad lapsum exanguis imago
 Si me sollicitat, maior reuerentia viui,
 Maior & illecebra ad cultum. Iam postulat ordo,
 Versibus ut breuibus, cæcos aperire furores
 Instabilis vulgi incipiam, quid ad arma quietos
 Implerit populos, cur tot civilis Enyo
 Commorit mentes. nisi me sententia fallit,
 In causâ est scelerum facies non vna malorum.
 (Quæ longū numerare foret) quibus orbis inundat
 Improbæ luxuries, gula, fastus, & ardor habendi
 Immodicus, præceptisque furor, macieque suprema
 Exesus liuor, multiq̄ue per otia soles
 Exacti sine fruge bona: quæ crimina septem
 Inuertunt orbis scenam. Sed tetrior istis
 Altera adhuc superat pestis, sursum atq; deorsum
 Quæ

Septem peccata
 mortalia cau-
 merantur.

Απιστία, id est, incredulitas siue perfidia pulchre depingitur

Quae iactat res humanas, & ἀπιστία Graecis
 Dicitur, obscuris, dubijsque emissa cauernis;
 (Quod secum superas, nuper dum viseret oras
 Extulit Alecto monstrum) deformis hiatu
 Oris, & incertis mendacia plurima buccis
 Expromens, fidei calcans monumenta prioris
 Et decreta patrum; quae tanquam somnium anile
 Futilis in dubium reuocat, dubiosque ministros
 Extrudens verbi, manibus mala gramina plenis
 Plantantes lolium infelix, tristemque cicutam
 Diuinae solitos spuria, & sata praua sementi
 Miscere! heu quantum rebus communibus isti
 Conciliant damni! Quot milia funditus orco
 Immergunt ouium Christi, prius vsque saginis
 Ad stomachum prauis fartarum, ac vndiq; coecis
 Captarum laqueis: vah nostri pessima fundi
 Pernicies scelerata cohors, deuota futurae
 Morti; quam bene vos blaterones sanctus Iudas
 Ex vestris pinxit plumis! Nunc illius vtar
 Verbis: vah nubes sine aqua, ventisque rotatae!
 Vah sine vitali ligna autumnalia foetu,
 Et maris vndisoni fluctus sua probra vomentis
 Ac despumantis! vos dixero iure planetas:
 Vos tenebrae, atque procella manet, manesque, profundi
 Expectant: Phlegeton crasso vos sulphure voluet
 Semper olens, semper flammis qui bullit abortis;
 Cum suprema dies, & ineluctabile tempus
 Appetet, ostendentque suum pia sidera Regem:

Quo

Quo se proripient, tumido pulmone prophetae?
 Quo uae leues stipulae, peregrinis flatibus aura
 Arrepta fugient, quas impius abstulit error
 E placido matris gremio, caecisque magistris
 Affixit? Iam vix allapsa est auribus aura
 Pertenuis, Regem numerosa classe Philippum
 Venturum in Belgas, pictis quam Cantaber armis
 Marte ferox compleuit ouans, ac Betica pubes.
 Et trepidare novos balatrones cernimus. Ergo
 Quid facient, seuis ubi miles cominus armis
 Confertus pugnabit, & ense ferire peritus
 Punctum, captabit solidas ex vulnere laudes?
 Si ducis Albani venientis imago timorem
 Excitat ingentem, gelidisque ex Alpibus agmen
 Allobrogumque manus, certis distincta manipulis:
 Quid coniuratis animique speique futurum
 Credimus, explicitis ubi pugnis Flandria signis
 Horrescet, cum clarus Hano, ditesque Brabantii
 Ausonios cernent equites, peditumque cohortes
 Iam pridem tacitis meditari praelia campis?
 Sed tu parce, precor, Rex inuictissime, parce
 Sis clemens, poenamque tuis sua crimina passis
 Commeritam laxes: etenim plus laudis opime
 Ex venia surget concessa, quam tibi centum
 Hostibus obtritis, possent adferre triumphis.
 Da specimen summae, Princeps, clementiae, & istam
 Conflatam iustis de causis, expue bilem.
 Fulmina pone manu: gladium vagina recondat

Quod Pseudo-
 prophetae, &
 qui leui perfidiae
 impulsu a-
 ra, illis hesserunt,
 profugient in
 ultimo iudicio
 apparente Chri-
 sto?

Hispani teste
 Lilio punctum
 bellare solent.

Apostrophe ad
 Hispaniae Regem
 Philippum ut
 clementer agat.

Exer-

Χαίματος .i. totus
gratus & venu-
stus.

Exertum: patris hoc cineres, matrisque benignæ
Exoptant manes, proauique, atauique verenda
Nomina. Stultitiam populi, prudentia Regis
Disimulet. tibi sic Charolus, tua cura, superstes
Proroget, accepti foelix pomeria regni.
Sic per aui, patrisque ferat vestigia gressum,
Ut simul in seros, virtutum exempla, nepotes
Transmittat, fideique paternæ, & religionis
Heresynceræ. Quod si punire nocentes
Pro meritis animo libeat, rogo temperet æquum
Additia iustitiæ morsum clementia maior,
(Si locus est precibus) nec eat vindicta per omnes,
Parque malum, sed dissimili insectere flagello
Dissimiles noxas. rerum capita alta ferentes,
Authores turbatarum, (me iudice) pœnæ
Dedantur: quoniam cæci falsique propheta
Crimen habent grauius: verum plabecula fraudis
Nescia, iudicijque pusilli plurima certè
Decipitur specie recti, sequiturque trahentem
In nassam vafrum nebulonem. Parcitur ergo
Non male simplicibus, vitæ si pœnitet actæ.
Iam satis est, ohe satis est. Vos garrula turba,
Turba ignaua, quibus semper sinus accipiendos
Nempe hiat ad nummos, vncta vixisse patella
Nil quibus est prius, heus præcones colligite, inquam,
Sarcinulas, & abite procul, quo, quaque velitis,
Vel petite assidua mersas caligine terras
Cimmerius, Gotthosue truces, Scythiamue niualem,
Brach-

Apostrophe ad
pseudoprophe-
tas, & agrestes
dogmatum pra-
uorū præcones

Brachmanes, Meroen, Getulorumue colonos,
 Aut alias vrbes, extremo oriente repostas.
 At si longa via est, nigros accedite coruos,
 Dummodo nil vestri hic maneat, discedite quouis.
 Nam quis vos accersit, aut quis misit, vt istud
 Munus obiretis? Potius satiusque fuisset
 Harpocratis meminisse: nec hoc decurrere campo
 Concessum vobis. Arcana volumina soli
 Presbyteri tractent, recitent, doceantque: minores
 Auscultent. vltra crepidam ne sutor anheles,
 (Si sapias) sapere, & didicit que quisque docebit.
 Tun' miser inscendis suggestum? verba prophanis
 Non memoranda viris tun' deblaterare pudore
 Absteraso properas? teneas te pelliculam intra
 Quæso tuam, tractesque faber fabrilia: plasta
 Vtiantur gypso, vel ducant vasa tenaci
 Argilla: textor sua tractet stamina, lippa
 Dum subtegmen anus ducit. Nam quis ferat istos
 Cerdones fidei noua condere dogmata, leges
 Aut sancire nouas, grandique supercilio omnes
 Stultitie patres crasse damnare, nec vnquam
 Eruta scripturæ penitissima sensa. priori
 Cecutisse omnes seculo, solumque videre
 Nunc tandem quid sit verum, solum sapere vnum
 Effrenem monachum, mutata veste, cucullo
 Insuper abiecto. sed enim totus fuit ante
 Blitteus & Bardus, sed dum noua nupta pudoris
 Excusso voto, monacho coniungitur, & dum

Hieremia. 13.

Sacerdotum est
 legem domini,
 & scripturam
 interpretari, nõ
 laicorũ propheta-
 norum.

Non est cerdo-
 num, aut quo-
 rumlibet, noua
 edere dogmata.

Martinus Lu-
 therus tectè re-
 prehenditur.

Ironia.

Cal-

*Calfacit amplexu crebro, pia membra mariti
(Credite lecturi mea carmina, credite) sacri*

Lutherus duxit
vxorem vt ma-
ceraret carnem

*PneumatOS arcanos haustus accepit, & omneis
Scilicet à tergo, macerata carne reliquit*

*Doctos. octaui quid opus memorare Solonis
Caluini fastum; vel somnia crassa Viretti?*

Aut prauum Bezæ ingenium (nisi dicere mauis

Bessus is erat
proditor, qui
Dareium Regē
Perfarum, do-
minum suum
aliquoties ab
Alexandro ma-
gno, pœlio su-
peratum inter-
emit; vide
Curtium.

*Bessum) quos omnes, quasi sint noua sydera mundi,
Suspiciunt isti rabule, vulgoque propinant*

Gutture sorbendos toto, penitusque medullis

Figendos. Igitur procul hinc procul ite prophani

Pracones; viridi fiscellam texite iunco;

Q. Vimine vel lento modicos formate quasillos

Virginibus. Numero dicam, Lanius, phrygioque,

Pellio, sartores, tonsores, pharmacopole,

Qui volucris laqueos tendunt, qui retia pisci,

Quique feras agitant canibus, pistorque, faberque,

Securi que oleris messor, pincerna, viator,

Tum pollinctores terri, figulique, cocique;

Deinde bibax tubicen, fullones, causidici que

(Et quos præterea longa numerare papyro

Abstineo) posthac ne dia poemata tractent:

Sed neque suggestum conscendant: sorte sua sint

Contenti, curentque domestica, discere vero

Si cupiant, hominem quod promouet interiorem:

Et si scripturæ placido apricantibus horto

Occurrant scrupi, salebreque & sensa morentur

Abdita, Pastores adeant, verbi que ministros

Synce-

Synceros, sibi poscentes abstrusa recludi,
 Præberi ambiguis lucem, sacræque cathedræ
 Submissi fidant (à toto corpore membrum
 Dissentire nefas) proprij neque dogmatis ardor
 Contra quas sanxit prudens Ecclesia leges
 Abripiat. cuius censuram maximus olim
 Orbis adorauit, cuius tremuere potentes
 Induperatores vibratum fulmen. Ab ista
 Consilium dubius pete: nodos vindicet ista
 Difficiles: hæc te mater lustralibus undis
 Perluit, atque nouum stillauit ab ubere succum.
 Larga tibi semper doctrinæ. Aliena requiris
 Vbera lethali plusquam distenta veneno?
 Nec pater esse potest Christus, si Ecclesia mater
 Non fuerit: quin saluifici neque sanguinis haustus
 Profuerit patris, nisi mater amica propinet,
 Quam, post præclaros, deiecta morte, triumphos
 Sacramentorum promam condamque reliquit.
 At quicquid miseris scabiosa nouerca ministrat
 Hæresis, internas animi labefactat honesti
 Vires, & superat lerneæ virus Echidnæ.
 Nam licet auratum calicem Babylonia lena
 Ostendet, fuge sumere. Nam tibi subdola Siren
 Molitur mortem: Crystallo morsus aceti
 Hauritur, viridique latenter scorpium herba
 Verberat. In dulci præsens Cleopatra periculum
 Inuenit ficu. Nil tutum fidere blandis
 Ingenijs, verum mordax pretiosius auro:

A sacerdotibus
 petenda lex &
 scripturarum in-
 terpretatio.

Ecclesiæ antho-
 ritas ac summa
 maiestas.

Ecclesiæ largi-
 trix sacramen-
 torum.

Quicquid hæ-
 resis nobis por-
 rigit, veneno est
 infectum.

Apocal. 14.

E

Nil

Veritas etsi a-
mara, habet ta-
men mirā vi-
litate.

3. Esdre. 4.

Seuera repre-
hensio eorum
quibus sacras li-
teras adulterate
solenne est.

Pulchra allusio
ad Biblidē Ovi-
dianā, quæ erat
puella incestuo-
sæ libidinis, sed
hæc Biblis pul-
chre casta de-
scribitur.

*Nil melius vero, nil tutius. Adde quòd omnes
Naturæ ductu veri capiantur amore.*

*Ni sint ingenui quibus vltima mica pudoris
Lapsa est, transuersos rapuit quos deuius error,
Qua de corte hebetes cuculi, picæque loquaces,
Garrula dehinc cornix tinctis fuligine pennis,
Atque aliæ pestes, auibus melioribus vsque*

*Obstreperæ. Quid vos harpeias vngue recuruo
Impulit æterni diplomata carpere Regis?*

Sensaque futilibus vitare verenda lituris?

Aut fallor, vobis aut aurea vena pudoris

Aruit obscurata etiam reuerentia Diuūm.

Hei mihi se tremefacta nouus per pectora latè

Insinuat pavor. Eheu virginis ora pudicæ

Indignis foedata notis, atque oblita fucis

Hereticis video. Ter castam Biblida vobis

Attrectare nefas. sacro cur crine prehensam

Ad vestrum trahitis probrum? cur Biblidi inepti

Vim facitis? Num pro vobis ea stabit, vt etas

Errauisse prior videatur, & aurea legis

Ignorasse nouæ, & veteris præscripta? Quis oro

Tam cholera est expers, tam frigidus, vt ferat istos

Cerdone, populi vappam, (qui limine ab ipso

Rite salutarunt vix vnquam Biblia) fastu

Immodico afflatus, præ se contemnere cunctos

Mortales: cornicum oculos configere. Forte

Nomina preconum si queras: massa ab eadem

Accipe productos, quos vna fidelia tinxit

Alba-

Albaitque omnes. Atrox se primus agebat
 (Dū numero) Illyricus, petiit quoq; in indice primus
 Praeconum scribi. reclamem iusta precato?
 Haud faciam. Primus per me licet esto. Secundum
 En Hermanne locum merito tibi cedimus. ohe
 Strenuus es (fateor) nec te prestantior alter
 Perdere cede animas, bursasque leuare grauatas
 Aere rubro aut albo, plebeque accedere ad arma.
 Corfius accedit: salueto catissime Corfi,
 Tertius hic esto, gracili qui vimine corbes
 Et potes innumera mendacia texere fraude.
 Scurrerio quartus dabitur locus. Aspice porro
 Scurrarum quantum secum trahat agmen, inermes
 Si certare parent ferro: sed si ferat usus
 Laedorijs vt pugnetur, linguisque dolosis,
 Haud cedent. Quintum nunc ecce Sedilius ambit
 Ipse locum, genios solitus depellere furuos
 Ex hominum membris (quis crederet) exorcismis.
 Balkius in medium veniens sit in ordine sextus,
 Balkius ob lucrum bis, terue, quaterue peritus
 Permutare fidem. Dic perfide transfuga, castra
 Cur toties mutas? Nam, si te argenteus orat,
 Heres Caluino: si pondera fulua Lutherus
 Auri promittat, Caluinum deseris, isti
 Das nomen. te Menno vocat si gemmeus, vltro
 Curris, bis tincti iurans in verba magistri.
 Esse aliquos manes credis, poenamque manere
 Foedifragos? Auget Dalerorum copia fastum

Senatum perdi-
 torum preconū
 author graphi-
 ce depingit suis
 coloribus.

Primus locus
 datur Matthiae
 Flacco Illyrico
 qui in ædibus
 Antwerpiae do-
 cuit. Primus se-
 nator Illyricus.
 Secundus Her-
 mannus: hic
 Antwerpiae &
 in pluribus aliis
 ciuitatibus con-
 cionatus est.

Tertius, doctor
 Corf prædica-
 uit Amsterda-
 mi, Alcmariæ
 & Delphis

Quartus, Scu-
 rrenus prædica-
 uit Gandau.

Quintus Sedi-
 lius: hic clam
 ferè docebat, &
 exorcistā se pro-
 fitebatur.

Balkius sextus,
 Frysis fuit, Ant-
 werpiae docuit,
 bis aut ter, ob
 lucrū mutauit
 fidem.

Septimus do- Raptorum. Nec te Kanni memorande silebo.
 ctor Kanni- Dic sodes, caput vnde tibi tam tuber & ora?
 prædicauit (vt
 fertur) Steen- Aut cur tam largum distillat barba cruorem?
 bergæ.
 Cui tantum de te licuit sanctissime Kanni?
 Quin loqueris? Dicã ipse equidẽ, nec laude carebit
 Præclara hæc virtus tua. Dum tu nuper inepte
 Multa super mensa blateras, & sacra prophanis
 Aequimanus Misces, Aequimanus vino succensus & ira
 nomen viri ita
 appellati, quod
 illi vtriusque
 manus ad ope-
 randum, aut cõ-
 mode feriendũ
 vsus erat. Torsit in aduersam cyathos, & pocula frontem,
 Ac vna ferrum strinxit. Sed Martius heros
 Kannius abscessit, pedibusque fugacibus vsus,
 Hæcine sunt, dixit, verbi reddenda ministris
 Præmia sinceri? Sedes tibi septima, Kanni,
 Debetur; letatus abi. Leo percitus ira
 Leo Octauus. Irruit ingenti, sequitur quem Simius, astu
 Appius nonus. Isti duo prædi-
 cauerunt Del-
 phis.
 Ape apud Hol-
 landos, simium
 significat. Atq; strophis præptus, Bathauis bene not' vterq;
 Ambo præclari præcones scilicet, ergo
 Octauum atque locum nonum sibi iure petebant:
 Summa vtrique fuit quoniam vis insita sandi.
 Ergo habeant. Decimum flagrio Vübotius orat
 Decimus Vibot-
 tius prædicauit
 Candau, olim
 pedagogũ egit
 Tileu in Flan-
 dria. Obnixè. Pueris ludi metuende magister,
 Accipe quod poscis. tu quondam ad sacra Louani
 Moenia dimissus didicisti nil nisi diras
 Euomere, in Christi sponsam verbosus & effrons.
 Occupet vndecimam Pastor Sceuelingius arcem.
 Pastor in Sce-
 uelinge iã apo-
 stata vndeci-
 mus prædicauit
 Roterodami. Hic ouibus lolium, cepam, & mordacia porri
 Fila Tarentini, lappas, & dira cicuta
 Gramina porrexit; similam, spicamque salubrem

Inui-

*Inuidus abscondens, è sacris persuga castris
 Presbyter, omnē operam, linguāq; animāq; locauit
 Hæresibus, siliquas dignus qui cum sue mandat,
 Et pascat porcos. Debetur at vltima sedes
 Hauwardo, fidei qui primæ fœdera rupit,
 Subduxitque nigro luctantia colla cucullo.
 Quinetiam (cæcus quò non rapit impetus atra
 Bile laborantem?) Lindanum in prælia poscit
 Multiscium scripto elumbi: formica elephantem
 Irritas, spaciofo musca diaria tauro
 Congrederis, cornu taurus ferit iste, caueto.
 Fortius iste pedem bos lassus fixerit. Ergo
 (Si sapi) abiecto rursus te conde cucullo,
 Vt non carniuoris licitor tua debita coruis
 Membra cruci affigat. Bis senos ordine certo
 Delegi, statuique viros. Nunc scilicet istis
 Queritur Antistes, qui leges, iuraque ponat,
 Consiliumque vocet. Quis tanto nomine dignus,
 Queritur, aut fasces tantos cum laude capeisset?
 Prodit eques pigrum, voce & calcaribus vrgens
 Cornipedem (risisse queat Cato) namque strigosus
 Vix potuit quadrupes sessorem ferre strigosum.
 Portentosus eques postquam data copia fandi,
 Feruidus exclamat: Quid me suffragia vestra
 Prætereunt, iurisque noui legisque vetustæ
 (Si sit quisquam alius) gnarum. dissoluere nodos
 Perplexos noui, scrupos, salebrosaque dexter
 Expedio. quin doctrinæ facundia maior*

Balthasar Har-
 wardus duode-
 cimus: hic eru-
 ditissimum vn-
 decunq; viri,
 V Vilhelmum
 Lindanū ausus
 est scripto lacef-
 fere: prædicauit
 Antwerpia.

Insuper accedit. fluit aurea vena loquenti.

Sic illustris eques dixit: nos talia contra:

Eia age doctrinae columenque decusque nouella,

Huius sis praeses confessus: nam tua virtus

Id meruit, multis cum vix è millibus vnum

Inuenias tecum qui dissertare loquendo

Aut velit aut possit: verborum tanta cadit vis.

Tu potes insontes animas, & pectora vulgi

Illicibus vincire dolis, nodoque tenaci

Flectere ad obliquas à recto tramite calleis,

Nec furto melior te quisquam, fraude caballos

Composita doctus furari. cetera mitto

Quae designasti quondam prudensque sciensque.

Sunt alij eiusdem masse, quos nostra papyrus

Vix caperet, mihi qui breuitatis amore silentur.

Ergo parum veri quando synagoga Lutheri,

Vel schola Caluini, vel conciliabula tractent

Cæca retinctorum, cæcum hunc & mentis egētena

Dixero, qui sectis patulas donauerit aures,

Priscaque fœdisfragis damnarit dogmata verbis.

At fortunatos contra mea carmina dicent,

Qui rapidis alias naues perdentibus austris,

Quod Maleæ, Scyllæque sonora pericula nolent

Euitare, suas naues, naualiaque arma

Iam sibi diffisi commendant Archithalasso

Christo, qui leuibus ventis, grauidæque procellæ

Imperat, hi toto fulgentia sidera calo

Obseruant (doctos voco sidera) speque, metuque

Solli-

Præses huius fe-
natus cōstitui-
eur quidā abi-
geus equi furto
nobilitatus di-
gnum patella
operculū, præ-
dicauit Endo-
niæ & Helmon-
tij (vt fertur)
vbi etiā in cru-
cem actus est.

Solliciti ac alacres, per tot discrimina rerum
 Contendunt patriam ad dulcem, promissaque regna.
 Tum salis ablutos spuma, duraque palestra
 Casibus ereptos varijs, cumulabit honore
 Aeterno Christus, tutoque in littore sistet,
 Promeritamque Fides constanter amata coronam
 Imponet capiti; Spes, & Dilectio, torquem
 Aptabunt collo. Modico si magna labori
 Præmia Dii superi præstabunt, si brevis hora
 Desudata iuuat, largo cum fœnore honorem
 Aeternum pariens, vos dissectissimi abite
 Sæctarum proceres. Solum popysma rebelli
 Suggestis carni. Cessate obtrudere palpum.
 Me Christus vocat ad luctam: me præmia rerum
 Inuitant. Marcere situ, carpique veterno
 Desidie nihil est indignius, arcta profecto
 Semita, non via lata placet, quam Christus ubique
 Suggillat. Christi crux est mihi gloria, Christus
 Vnicus est scopus ille, mea & spes unica vitæ.
 In cruce (dirumpare caro mollissima) pridem
 Viuere constitui. quod si me fata vocarint:
 In cruce constitui fugientem ponere vitam:
 Sic me largus opum Pater, atque Ecclesia mater,
 Sicque inuent opmes Superi. Satis ista superque.
 Plura locuturo mihi, Christus Apollo silere
 Præcepit. Sed tempus erit, quo plura loquemur,
 Cùm volet ille Deus, qui temperat omnia nutu
 Aequora, celestesque domos, terraque labores,

FINIS. τῶ θεῶ δόξα.

Fides, cum, qui
 ex huius maris
 naufragiis emer
 serit, corona do
 nabit. Spes autē
 & Dilectio tor
 que pretiosa.

Exclamatio au
 thoris plena af
 fectuum.

Matthæi 7.

Ες τὸ ποιημάτιον Ἐλογίᾳ Πέτρου
Βακχέρου Θεολόγου.

A. I.

Λευγαλέην λύμην δ' ἀνεμώλιον εἰκονοκλάσων
Λυασομανῶν γλαφυρῶς Βάκχερε λῶσε γράφης.
Αὐτόπτης γάρ ἐμοὶ δοκέω σύμπαντα θεωρεῖν,
Θερμαρῶν ὄρμας, ἰοβόλης μελέτας.
Αἰνῶ σ' εὐεπίης, κλέος οὐρανομηκῆς ἀέξεις,
Μὴ θεμιτὸν δὲ τίκτῃ ψεύδεα μουσοπόλον.


Reuisebat & syncerum inueniebat Martinus
Duncanus Quempenas, Delphensis pastor in D.
Hippolyti. Teste sua ipsius manu subsignata Ca-
lendis Ianuar. Anno 68. M. D.


Permissu & auctoritate eximij S. Theologiae Professoris
Godefridi à Mierlo, F. praedicatorum in infera Germa-
nia Prioris prouincialis dignissimi.

Liber hic nihil habet religioni Catholicae contrarium,
aut Reipub. offensuum. quod attestor

Sebastianus Baer Delphinus insignis collegij
Eccles. S. Mariae Hantverpie plebanus.

Collegij Societatis Jesu Paderbornae 1636.





*Fama pestum
P. v. l. d. Antiqu.*

Th

5814

De
Fama
postuma
Præfulum
Antwerp.

Threni
Ieremie
causam, & ipsi
Ierem
Psalmi
Davidici.

Panicus
Tumulus
Belgij.